

PARTITIONES

# CATECHISMI CATHOLICI, EIVS NI-

MIRVM, QVI EX DECRETO CONCI-

LII TRIDENTINI, PII V. PONT. MAX. IVSSV

ad parochos primūm editus:

NVNC VERO FACILIORIS COGNITIONIS GRATIA  
*in luculentam hanc Epitomen & commodas aliquot Tabulas, sic dige-  
stus atque distributus est,*

VT OMNI HOMINVM ET AETATI ET CONDITIONI  
*magnopere vñi esse posuit:*

P E R  
D. GEORGIVM EDERVM FRISING. S. CAESAREAE  
MAIESTATIS CONSILARIUM &c.



PAVLVS AD TIT. III.

Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones,  
& genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita:  
Sunt enim inutiles & vanæ &c.

C O L O N I A E.

Apud Geruinum Calenium, & Hæredes Ioannis Quentelij.

ANNO M. D. LXVIII.



P A R T I T I O N E S

C A T E C H I S M I  
C A T H O L I C I , E I V S N I -  
M I R V M , Q V I E X D E C R E T O C O N C I -  
L I I T R I D E N T I N I , P I I V . P O N T . M A X . I V S S V  
ad parochos primūm editus:

N V N C V E R O F A C I L I O R I S C O G N I T I O N I S G R A T I A  
*in luculentam hanc Epitomen & commodas aliquot Tabulas, sic dige-  
stus atque distributus est,*

V T O M N I H O M I N V M E T A E T A T I E T C O N D I T I O N I  
*magnopere vñiue posuit:*

P E R  
D. G E O R G I V M E D E R V M F R I S I N G . S. C A E S A R E A E  
M A I E S T A T I S C O N S I L I A R I V M &c.



P A V L V S A D T I T . I I I .

Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones,  
& genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita:  
Sunt enim inutiles & vanæ &c.

C O L O N I A E .  
*Apud Geruinum Calenium, & Hæredes Ioannis Quentelij.*  
ANNO M. D. LXVIII.



175338071

DE PRAECIPVIS CA<sup>3</sup>

THOLICI CATECHISMI PARTIBVS.

TABVLA I.



OMNIS doctrinæ na- rio, q̄ fideli- bus traden- dasit, ver- bo Dei con- tinetur: quod distri- butū est in	Scripturam, quæ diuinitus inspirata, utilis est ad	Docendum, Arguendum, Corripiendum, Erudiendum in iustitia,	Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonū instru- tus, 1.Tim.4. 2.Tim.3.
	Symbo- lū Apo- stolorū,	Ad hæc quatuor genera, vniuersē scriptu- ræ vis atq; do- ctrina referri potest. Nam omnia	Quæ Christianæ fidei disciplina te- nēda sunt, sive ad Dei cognitionē, sive ad mūdi creationē & gubernationē, sive ad humani generis redēptionē spēctat, sive ad honorū præmia & malorum pœnas pertinent, symboli doctrina continentur. Quæ autem signa sunt & tanquam instrumenta ad diuinam gratiam consequendā, hæc septem sacramētorum doctrina complectitur. Iam vero quæ ad leges referuntur, quorum finis est charitas, decalo- go descripta sunt. Quidquid deniq; ab hominibus optari, sperari ac salutariter peti possit, id Dominica precatione cō- prehenditur.
Sacra- menta,	Decalo- gum,	Domi- nicam oratio nem.	

## PARS PRIMA

DE SYMBOLO APOSTOLORVM, SIVE DE  
Mysterio sanctissimæ Trinitatis, ab Apostolis sub 12. fidei Catholice  
articulis compræhenso.

## ORDINIS RATIO.

SANCTI patres initiandis Christo Domino, & in eius disciplina instituendis hominibus à fidei doctrina initium fecerūt, quam ad salutem esse necessariam, nemo iure dubitat, præfertim cùm scriptum sit: Sinè fide impossibile est placere Deo. Cùm enim finis, qui ad beatitudinem homini propositus est, altior sit, quam ut humanæ mentis acie perspici possit, necessè ei erat, ipsius à Deo cognitionem accipere. Hæc verò cognitio nihil aliud est, nisi fides: cuius virtus efficit, ut id ratum habeamus, quod à Deo traditum esse sanctissimæ matris Ecclesiæ authoritas comprobárit. Nulla enim fidelibus potest accidere dubitatio in ijs, quorum Deus author est, qui est ipsa veritas.

A 2 PAR-

PARTITIONES CATE-  
PARTITIO SYMBOLI APOSTOLICI.

TABVLA 2.

*Est autem hoc symbolum nihil aliud, quām Christianæ fidei formula, seu professio & compendium, quod apostoli symbolum appellāunt, siue quia ex varijs sententijs, quas singuli in commune contulerunt, cōflata est; siue quia ea veluti nota, & tesserā quadam r̄terētur, qua desertos & subintroductos falsos fratres, qui euangelium adulterabant, ab ijs, qui verē Christi militiæ sacramento se obligarent, facile possent internoscere.*

QVAE IGLI-  
tur primum Chri-  
stiani homines tene-  
re debent, illa sunt,  
quæ fidei duces do-  
ctoresq; sancti apo-  
stoli, diuino spiritu  
afflati, duodecim  
symboli articulis  
distinguerunt.

Atque in hoc  
symbolo myste-  
riū totius Tri-  
nitatis cōpра-  
bēsum est. Nā  
ut maiores no-  
stri, qui in hoc  
argumēto pī  
& accurate  
versati sunt,  
obseruauerūt,  
in tres potissi-  
mum partes  
itā distributū  
videtur,

*Vt in vna, diuina  
naturæ prima p̄fo-  
na & mirum cre-  
ationis opus de-  
scribatur*

Sub his

Primi

articuli

verbis,

CREDO

in

Deum,

Patrem omni-  
potentem,

tentem,

Creatorem celi &amp;

terrae.

*In altera,  
secunda p-  
sona et hu-  
manæ re-  
demptiōis  
mysteriū,  
in sequen-  
tibus sex  
articulis,  
Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.*

*Intertia, item tertia persona,  
caput & fons sanctitatis no-  
stræ, varijs & aptissimis sen-  
tentij concluditur in posterio-  
ribus quinque articulis,*

*Credo in Spiritumsan-  
ctum.  
Sanctā Ecclesiā Catholi-  
cā, sanctorū cōmunionē.  
Remissionem peccatorū.  
Carnis resurrectionem.  
Et vitam aeternam.*

Eas autem sententias similitudine quadam à patribus nostris frequentè usurpa-  
ta, Articulos appellamus. Ut enim corporis membra articulis distinguuntur, ita  
etiam in hac fidei confessione, quidquid distinctè & separatim ab alio nobis cre-  
dendum est, rectè & appositè articulum dicimus.

DE SYM-

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

## DE SYMBOLI HVIVS NECESSITATE

atque certitudine, de quæ credendi utilitate. TABVLA 3.

cū multa in Christiana religione fidelibus proponantur, quorum singulatim vel vniuersè certā & firmam fidem habere oportet: tum verò illud primò ac necessariò omnibus credendum est, quod veluti veritatis fundamentum, ac summa de diuina essentiā unitate, ac trium personarum distinctione, earumq; actionibus, quæ præcipua quadam ratione illis attribuuntur, Deus ipse nos docuit.

I.

Nè quis existimet, fidei notitiam minùs certā esse, quod eanō cernantur, quæ nobis credenda fides proponit, diuinum lumē quo ea perspicimus, tamē si rebus perspicuitatem non afferat, nos tamen de his dubitare non finit.

II.

Eum qui cælesti hac fidei cognitione prædictus est, inquirendi curiositate liberum esse. Deus enim cū iūbit nos credere, nō diuina iudicia scrutāda, eorumq; rationem & causam perquirendam nobis proposuit, sed immutabile fidem præcepit, quæ efficit, ut animus in æternæ veritatis notitia cōquiescat: Cum teste Apostolo, Deus verax, omnis autem homo sit mendax ad Rom. 3. Fides itaque, seclusa omni nō solū ambiguitate, sed etiam demonstrandi studio, tenenda est.

III.

Verū illud præterea monendum est, eum qui dicit, credo, præter quām quod intīmū mentis suæ assensum declarat, qui interior fidei actus est, debere id, quod animo inclusum habeat, aperta fidei professione præferre, summaq; alacritate palam fateri ac prædicare.

Habere eum spiritum, quo fretus propheta, dixit:  
Credidi, propter quod locutus sum. Psal. 115.

Imitari Apostolos, qui ad principes populi responderunt: Non possumus, quæ vidimus & audiūmus, non loqui. Acto. 4.

D. Pauli præclara illa voce excitari: Non erubescō Euangeliū: Virtus enim Dei est, in salutē omni credenti. Rom. 1.

Item, quo maxime huius sententiae veritas confirmatur: Corde creditur ad insitiam, ore autē cōfessio fit ad salutem. Rom. 10.

# ARTICVLVS I.

## CREDO IN DEV M PATREM OMNIPO- tentem, creatorem celi & terræ.

## RATIO ORDINIS.

HINC iam Christianæ sapientiæ dignitatem & præstantiam, ex eaq; quantum diuine bō-  
nitati debeamus, cognoscere licet, quibus datū est, statim ad rei præstantissimæ, maximeq;  
expetendæ cognitionē quasi fidei gradibus ascendere. In hoc enim multū inter se dif-  
ferunt Christiana philosophia, & huius seculi sapientia, quod hæc quidem naturalis tan-  
tum luminis ductu ab effectibus, & ab ijs, quæ sensibus percipiūtur, paulatim progressa,

A 3 non

non nisi post longos labores vix tandem inuisibilia Dei contemplatur, primamq; omnium rerum causam & authorem agnoscit atq; intelligit: contrà verò illa humanæ mentis acie ita exacuit, vt in cælum nullo labore penetrare possit, atq; diuino splendore collustrata, primum quidem eternum ipsum luminis fontem, deinde quæ infra ipsum posita sunt, intueri: vt nos vocatos esse de tenebris in admirabile lumen, quod est apud apostolorum principem, cum summa animi iucunditate experiamur, & credentes exultemus lætitia inenarrabili, 1.Petr.2.

## DE DEO. TAB. 4.

*Cuius maiestatem ex Hieremias sententia incomprehensibilem esse dicimus. Hier. 32. Lucem enim, vt ait apostolus, inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominū vidit, sed nec videre potest. ad Tim. 6. Cum enim ad Moysen loqueretur, Nō videbit me (inquit) homo, & vincet. Exod. 33. Nam vt mens nostra ad Deum, quo nihil est sublimius, perueniat, necesse est eam omnino à sensibus abstractam esse: cuius rei facultatem in hac vita naturaliter non habemus.*

*Cui etiā philosophi bonorum omnium perfectam vim & copiam tribuerunt, vt ab eo, tanquam à perpetuo quodā & inexhausto fonte bonitatis ac benignitatis, omnia ad omnes creatas res atque naturas perfecta bona dimanent: quem sapientem, veritatis auctorem & amantem, iustum, beneficissimum, & alijs nominibus appellaverunt, quibus summa & absoluta perfectio continetur: cuius immensam & infinitam virtutem, omnem complementum locum, & per omnia pertinenter esse dixerunt.*

*Sed ex diuinis literis hoc multo melius constat. Via, Veritas, Ioan. 14. Et vita. & illustrius, ubi dicitur inter alia, Ego sum.*

*Cognoscimus Naturam, id est, humanam philosophiam, per Fidem, quam Ex ductu luminis naturalis, Ab effectibus, Et ab ijs, quæ sensibus percipiuntur. Primum, eternum ipsum luminis fontem affectum, quimur. Deinde, quæ infra ipsum posita sunt, intuemur.*

*Confitemur unum solum, & non plures esse deos. Nam cum Deo summam bonitatem & perfectionem tribuamus, fieri non potest, vt id, quod summum atque absolutestimum est, inueniatur in pluribus. Quod si cui aliquid ad summum deest, eipso imperfectum est: quare nec Dei natura illi conuenit. Deuter. 6. Exod. 20. Esa. 44. 48. 41. Ad Ephes. 4.*

## DE TRINITATE. TAB. 5.

*Vnitatem in essentia diuinitatis,*

*Distinctiō nem in personis. Tres enim sunt in diuinitate perso nae: Patris, qui à nullo genitus est. Filiij, qui ante omnia secula à patre genitus est. Spiritus sancti, qui itidem ab aeterno procedit ex Patre.*

*Haec tres persone suis tam modo propriis rationibus distincte intelligentur: Si quidem Filio.*

*Pater ingeniatus est, Atq; ita triū personarum eandē esentiā cōfītētur: Et in essentia unitatem, ut in confessione vere sempiternaque credamus.*

*Et in personis proprietate,*

*Filius à patre genitus, Et in essentia unitatem, ut in confessione vere sempiternaque credamus.*

*Atq; ita triū personarum eandē esentiā cōfītētur: Et in Trinitate equalitatē in pie & sancte colēdā credamus.*

DE DEO

## DE DEO PATRE, PRIMA SANCTISSIMAE

Trinitatis Persona, siue de opere creationis.

TABVLA 6.

*Augendum. Nam cū Deum omnipotentem agnoscimus, simul etiā fateamur necesse est, eum omnium rerum sc̄iem habere, omni item eius ditioni & imperio subiecta esse.*

*Confirmandā. Nulla enim res tam ad fidem & spem nostram confirmandam valet, quam si fixum in animis nostris teneamus, nihil non à Deo fieri posse.*

*Omnis autem modestiam & humilitatem nos instituit. Unde & Petrus: Humiliorini, inquit, sub potēti manu Dei. 1.Pet.5. Immensa erga nos Dei beneficia cognoscenda & celebranda. Nā qui Deum omnipotentem cogitat, tam ingrato animo esse nō potest, quis sapienter exclamat: Fecit mihi magna qui potens est. Luc.1.*

*Admiranda aliqua opera ad proximorum usum & utilitatem edere cogimur: Denique hac fide precipue munitos nos esse oportet, cum vel A Deo precibus impetrare aliquid volumus.*

*Celi, sub quo cōtinēntur An-geli, Ornatus siderū cum distinctione temporū. BONI, quos cum bona voluntate, id est, cum amore casto, quo illi adhæret, creavit, simul in eis & cōdens naturā, & largiēs gratiā. MALI, quī à Deo parente, & creatorē suo defecerunt, ex altissimis illis sedibus deturbati, atq; in obscurissimū terrae carcerem inclusi, eternas superbiæ suæ pœnas luunt.*

*Creatorē Super stabilitatem suā fundatā Dens verbo suo iussit in media mundi parte consistere, effecitq; vt ascenderent montes, & descendērēt campi in locū, quē fundauit eis: ac nē aquarū vis illam inundaret, terminum posuit, quem nō transgredientur, neq; conuententur operire terram. NON solum arboribus, omniq; herbarum & florū varietate cōuestiuit, atq; ornauit, sed innumerabilibus etiā animantiū generibus, quemadmodū antea aquas & aera, ita etiā terras compleuit.*

*Et ter- rae quā Vt nō quidem natura ipsius vi, sed diuino beneficio immortalis esset & impaſibilis: Ad imaginem & similitudinem suam.*

*Ex qua sic for- mavit hominē, Libero arbitrio & im- periorationis. Cū dono Iustitiae originalis. Ac ut cæteris animatiib⁹ pesset.*

*Non ex ma- teria aliqua, sed ex nihilo..*

*Nulla vi aut necessi- tate, sed sua sponte ductus.*

*Propter so- lam bonita- tem suam.*

*Sine exem- ple aut for- ma extra ipsū posita quā sequeret.*

*Vt quæ ab ipso effecta sunt, infini- ta sua vir- te cōseruet.*

## PARTITIONES CATE-

## SVMMA ARTICVLI PRIMI.

H̄is primi articuli verbis ea sententia subiecta est: Certo credo, ac sinē vlla dubitatione profiteor, Deum Patrem, primam scilicet Trinitatis personā, qui sua omnipotenti virtute cælum ipsum & terram, & omnia quæ cæli & terræ ambitu continentur, ex nihilo cōdedit, & condita tuetur ac regit, neq; solum eū corde credo & ore confiteor, verū summo studio ac pietate ad illum, velutī summum & perfectissimum bonum, contendō.

## SENTENTIAE HVIVS CONFIRMATIO.

HAE C omnia breuitè quidem Propheta cōplexus est illis verbis: Tui sunt cæli & tua est terra: orbem terre & plenitudinē eius tu fundasti. Psal. 88. Sed multo etiām breuius Patres Niceni cōcilij, additis in Symbolo duobus illis verbis, Visibiliū & Invisibiliū, significauerunt. Quæcunq; enim rerum vniuersitate comprehenduntur, atq; à Deo creata esse cōfitemur, ea vel sub sensu cadunt, & visibilia dicuntur: vel mēte & intelligentia percipi à nobis possunt, quæ Invisibilium nomine significantur.

## REGVL A.

N E C verò ita Deum creatorem atq; effectorem omniū credere oportet, vt existimemus, perfecto absolutoq; opere, ea quæ ab ipso effecta sunt, deinceps sinē infinita eius virtute constare potuisse. Nam quemadmodū, omnia vt essent, creatoris summa potestate, sapientia, & bonitate effectum est, ita etiām, nisi conditis rebus perpetua eius prouidentia adesset, atq; eadem vi, qua ab initio constitutæ sunt, illas conseruaret, statim ad nihilum reciderent. Sap. II.

## ALIA REGVL A.

N O N solum autem Deus vniuersa quæ sunt, sua prouidentia tuetur atq; administrat, verū etiām quæ mouentur, & agunt, aliquid intima virtute ad motum atque actionē ita impellit, vt quantūs secundarum causarum efficientia non impedit, proueniat tamen, cūm eius occultissima vis ad singula pertineat, & quemadmodū Sapiēs testatur, Attin- gat à fine usque ad finem fortiter, & disponat omnia suauiter. Sap. 8.

## EPILOGVS.

A T Q V E hēc de primi Articuli explicatione sat̄is fuerint, si tamē illud etiām admonuerimus, creatiōis opus omnibus sancte & indiuidue trinitatis personis cōmune esse. Nā hoc loco, ex Apostolorum doctrina, patrem creatorem cæli & terre confitemur: in scripturis sacris legimus de filio, Omnia per ipsum facta sunt, Ioā. I. & de spiritu sancto, Spiritus domini ferebatur super aquas, Gene. I. & alibi, Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, Psal. 32.

## ARTICVLVS II.

ET IN IESVM CHRISTVM FILIVM  
eius unicum, Dominum nostrum.

## CONTINVATI O.

C M igitur ex altissimo concidisset nostrum genus, subleuari inde, & in pristinum locū restitui nullo modo poterat hominum aut angelorū viribus. Quarē reliquum erat illud ruinę & malorum subsidium, vt Dei filij infinita virtus, assumpta carnis nostræ imbecilitate, infinitam tolleret peccati vim, & nos reconciliaret Deo sanguine suo.

## DE FL

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

## DE FILIO DEI, SECVNDA IN DIVINA

Trinitate persona: siue de generis humani redemptione. TABVL A 7.

I E S V M: Proprium enim hoc nomen est eius, qui Deus & homo est, quod Saluatorē significat, non quidem fortuitō, aut hominum iudicio & voluntate, sed Dei consilio & præcepto illi impositum. Quæ autem præterea nomina prædicta sunt Dei filio diuinis imponenda, ad unum hoc, Iesus, nomen referuntur. Cum enim cetera salutem, quam nobis daturus erit, aliqua ex parte attingerent, hoc ipsum vniuersalē salutis humanæ vim, rationemque complexum es̄.

Sacerdotes, qui populum a fiducis precibus Deo commendant, qui sacrificia Deo faciunt, qui pro populo deprecantur.

Quos Deus propter munēris dignitatē vngi præceperebat.

Reges, quibus populorum gubernatio commissa es̄: ad eosq; pertinet maximē legū authoritatē tueri, & nocentium audiam vñscisci.

Prophetas etiā vngendi mos fuit, qui Dei immortalis interpres & internūcij, cælestia arcana nobis aperuerunt, atq; ad emendandos mores, salutaribus præceptis & futurorum prædictione hortati sunt.

Prophetæ, qui nos Dei voluntatem docuit, & à cuius doctrina orbis terrarū patris cælestis cognitionem accepit.

Atque ob eas causas Christi di-  
discētus est

Sacerdotis, nō quidem ex ordine, ex quo in veteri lege Leuiticæ tribūs sacerdotes extiterūt, verū ex illo, de quo David Propheta cecinit: Tu es sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedech. Psal. 109.

vñct., ad il-  
lorum mune-  
rū fun-  
ctionē.

Q V L, vt angelus testatus est, regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis. Luc. I.

Q V D quidem Christi regnum spirituale est, atq; æternū, in terrisq; inchoatur, in cælis perficitur.

A C regis quidem officia admirabilis prouidentia sua præstat ecclesiæ, ipse eā regit, ipse ab hostium impetu atque insidijs tuerit, ipse ei leges præscribit: ipse nō solūm sanctitate & iustitiam largitur, verū etiā ad perseverandum facultatē & vires præbet.

vnct., ad il-  
lorum mune-  
rū fun-  
ctionē.

Filiū eius unicum: quibus verbis ostenditur, Iesum Christum esse filium Dei, verum Deum, & verum hominem, genitum quidem vt Deum, ante omniū seculorum ætates ex patre: vt hominem verò, natum in tempore ex Maria virginē, & quāq; duplice eius nativitatem agnoscamus, vnum tamen filium esse credimus. Una enim persona est, in quam diuina & humana natura conuenit.

Diuina: vndē verē dicimus Christum esse omnipotētem, æternū, immensū.

Humana: vndē de illo dicimus, passum, mortuum & sepultum esse, & resurrexisse.

Veraq; vt hoc loco, cūm dñm Patri est aequalis, nostrū dicimus, & hoc, quia Redemptor noster fuit, atque a peccatis nos liberavit.

S V M M A.

Hoc igitur credendum est, filium eiusdem esse naturę, eiusdem potestatis & sapientiae cum patre, vt in Symbolo Niceno explicatiū continetur, inquit enim: Et in Iesum Christum filium eius vñgenitum, & ex Patre natū ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantiale Parbi, per quem omnia facta sunt.

ARTL

## ARTICVLVS III.

QVI CONCEPTVS EST DE SPIRI-  
tu sancto, Natus ex Maria virgine.

## CONTINVATI.

Maximo quidem & singulari beneficio humanum genus à Deo affectum esse, qui nos è durissimi tyranni seruitute in libertatem vindicarit, ex ijs quę superiori articulo declarata sunt, intelligere fideles possunt. At verò si consilium etiā & rationem, qua potissimum id efficere voluit, nobis ante oculos ponamus: profectò nihil diuina in nos beneficentia ac bonitate illustrius, nihil magnificentius esse videbitur.

## DE INCARNATIONE CHRISTI.

TABVLA 8.

Conceptus est	<i>In utero virginis,</i>
	<i>Non ex virili semine,</i>
	<i>Sed supra omnem naturę ordinem, Spiritus sancti virtute.</i>
	<i>Primum, cùm dicimus Dei filium Spiritus sancti virtute conceptum esse, unam banc diuinę Trinitatis personam, incarnationis mysterium non confecisse, sed tres illas personas omnes, eius fuisse autores, iuxta illam Christianę fidei Regulam: Omnia quae Deus extra se in rebus creatis agit, tribus personis communia esse, neque unam magis quam aliam, aut unam sine alia agere.</i>
De Spiritu sancto: in qua concepcione tria sunt expedita.	<i>Secundum: solent tamen sacra littera earum rerum, quae omnibus personis communes sunt, spiritui alijs tribuunt. Nam Patri Filio Spiritui bunt Adscripsi- rerū potestatē, Sapientiam, Amorem.</i>
Tertium: in hoc mysterio effecta sunt quedam	<i>Supra naturę ordinem, quod simul atque beatavirgo Angelis verbis assentiens dixit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, statim sanctissimum Christi corpus formatum, eique anima rationis compos coniuncta est: atque ita in ipso temporis articulo perfectus Deus &amp; perfectus homo fuit.</i>
	<i>Naturę vi, quod expurissimo virginis matris sanguine Christi corpus formatum credimus, in eoque naturam agnoscimus humanam: cùm illud omnium hominum corporibus communis sit, ut ex matris sanguine fermentur.</i>
Est homo factus	<i>Ea ratione, quam mente nobis assequi non licet, nèdum verbis explicare.</i>
	<i>Obeum finem, ut nos homines filii Dei renasceremus.</i>
Natus ex Maria virginem,	<i>Sinè villa materna virginitatis dimunitione, quo modo Postea ex sepulcro clauso &amp; ob signato egressus est, atque ad discipulos clausis ianuis introiuit.</i>
	<i>Solis radij concretam vitri substantiam penetrant, neque frangunt tamen, aut aliqua ex parte ledunt. Egenus, &amp; ut peregrinus in diuersorio, in vili p̄sepio, media hyeme, Luc. 2.</i>

SVM-

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

## SVMMA.

Hvivs Articuli hæc est sententia, cum ipsum Iesum Christum unicum Dominum nostrum, Dei filium, cùm pro nobis humanam carnem suscepit in utero virginis, non ex virili semine, vt alij homines, sed supra omnem naturę ordinem, Spiritus sancti virtute conceptum esse, ita ut eadem persona Deus permanes, quod ex aeternitate erat, homo fieret, quod antè non erat.

## INCARNATIONIS FILII DEI MYSTERIVM, QVANTO

pietatis studio fit recolendum, Regula Prima.

Deus Carnis nostrae humilitatem & fragilitatem subire voluit, ut humanum genus in altissimo dignitatis gradu collocaretur: q̄ homo fuerit, qui idē verus & perfectus Deus fit.

## REGVL A II.

CAVENDVM est, nè maximo nostro malo eueniat, vt quemadmodum illi in diuersorio Bethleem locus, vbi nascetur, defuit: ita etiā, quando iam in carne non nascitur, locū in cordibus nostris inuenire non possit, vbi in sp̄itu nascatur.

## REGVL A.

VT ille Spiritus sancti virtute, supra nature ordinem homo factus, & natus est, sanctusq; atq; ideo sanctitas ipsa fuit: ita nos oportet non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, sed ex Deo nasci, ac deinde veluti nouam creaturam, in nouitate Spiritus ambulare, sanctitatem illam ac mentis integritatem custodire, que homines spiritu Dei regeneratos maximè decet.

## ARTICVLVS IIIII.

PASSVS SVB PONTIO PILATO, CRV-  
cifixus, mortuus, & sepultus.

## CONTINVATI.

Ho c Articulo velut fundamento quodā, Christiana Religio & fides inititur, eoq; posito, reliqua omnia recte constituta sunt. Nam si quid aliud humanę menti & intelligentię difficultatē affert, certe crucis mysterium, omnium difficilimum existimandum est, vixq; percipi à nobis potest, salutem nostram ex cruce ipsa, & ex eo, qui pro nobis ligno illi affixus est, pendere.

## DE PASSIONE CHRISTI.

TABVLA 9.

CORPORE Nam captus, irrisus, varijs iniuriarū & cruciatuum generibus affectus, demum in crucem sublatus est.

ANIMA, quod ad inferiorem eius partem attinet. Nam quod humanam naturam vere assumptū, necesse est fateri, etiā animo grauissimū dolorem sensisse. Quāvis enim persone diuinę, humana natura coniuncta fuit, tamen propter eam coniunctionem nihil minus passionis acerbitatem sensit, quam si ea coniunctione facta non fuisset, cùm in una Christi persona, utriusq; naturę diuinę & humanae, proprietates seruat & simi: Atque idcirco, quod erat passibile & mortale, passibile & mortale permanuit: rursus vero, quod impassibile & immortale erat, qualem esse diuinam naturam intelligimus, suam proprietatem retinuit.

EO tempore, quo Pontius Pilatus Iudeam provinciam procuraret: Quod hoc loco ideo tam diligenter obseruari videmus,

Vitante rei, & tam necessariae cognitio explorator omnibus esse posset: Ac ut ijs verbis declaretur, illam saluatoris prædictionem exitu comprobatam esse: Trident, inquit, eum genibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Matth. 20.

DE MOR-

PARTITIONES CATE-  
DE MORTE CHRISTI.

TABVLA IO.

QVOD IE-  
sum mortuum esse  
dicimus.

ID significamus, eius animam à corpore diuisam esse, neque tamen concedimus diuinitatem seiuinctam à corpore, quin potius constantem credimus & cōfitemur, anima eius à corpore diuisa, diuinitatem tum corpori in se-pulcro, tum anima apud inferos coniunctam semper fuisse.  
SED illud in Christo Domino singulare fuit, quod tunc mortuus est, cum ipse mori decreuit, I/ai.53. & locum & tempus in quo moreretur, ipse sibi cōstituit, Ioan.10.

## DE GENERE MORTIS.

TABVLA II.

GENVS HOC { QVI ad humani generis redēptionem aptius atq; accōmodatius vide-  
retur, quemadmodū certe nullū turpius atq; indignius esse potuit:  
mortis, id est, crucis, à-  
Saluatore delectu est: vel VT vnde mors oriebatur, inde vita resurget. Serpens enim, qui in li-  
gno primos parentes vicerat, vīctus es ē à Christo in ligno crucis.

## DE CHRISTI SEPVLTVRA.

TABVLA 12.

QVOD  
Christum  
sepulcum  
fuisse con-  
fitemur,

HOC autem veluti Articuli pars non constituitur, quod nouā aliquam difficultatem habeat, præter ea, que iam de morte dicta sunt. Nam si Christū mortuum credimus, facile etiā nobis persuaderi potest, eum sepultum esse. Verū hoc additū est, primum, ut minus dubitare de morte liceat, cū maximo arguento sit, aliquem mortuum esse, si eius corpus sepultū probemus: deinde, ut resurrectionis miraculum magis declaretur atque eluceat.

Hoc solum credimus, Christi corpus sepultum esse:

Illud præcipue, Deum sepultum esse, nam cū diuinitas nunquam diuisa fuerit à corpore, quod in sepulcro conditum est, recte confitemur Deum sepultum esse.

Neque vero { Alterum, Christi corpus in sepulcro nulla ex parte corruptum esse: de quo propheta ita vaticinatus erat: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Psal.15.

Sed { Alterum est, quod ad omnes huius articulipartes pertinet, sepulturā scilicet, passionē etiā, & mortem Christo Iesu, ut homini, non ut Deo conuenire. nam pati, & mori, in humanam tantum naturam cadunt: quoniam Deo etiā hēc omnia tribuātur, quoniam de illa persona, quae simul perfectus Deus, perfectus homo fuit, reddē dici perficuum est.

EXHOR-

CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.  
EXHORTATIO AD CONTEMPLATIONEM

Passionis Dominicę.

VITINAM verò hec mysteria in animis nostris assiduè versentur, & vnā cum domino pati, & mori, & sepeliri discamus, vt deindē, abiecta omni sorde peccati, ad nouā vitam cum illo resurgentem, aliquando tandem ipsius gratia & misericordia, digni simus qui celestis regni & glorię participes efficiamur.

QVAE RES IN HAC CONTEMPLATIONE  
potissimum sint spectandæ.

TABVLA 13.

Quis ille sit, qui hēc omnia patitur, atq; vt uno verbo complectamur, patitur Iesu Christus, Deus & homo, patitur creator pro ijs, quos ipse condidit, patitur Dominus pro seruis, patitur is, per quem Angeli, homines, cæli, elementa facta sunt, ille, inquam, in quo, per quem, & ex quo sunt omnia.

Ac primum quidem, nulla fuit eius corporis pars, quæ grauiſſimas pœnas non senserit. Prætereā omnium & generum & ordinum homines conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christū eius. Psal.2. Iam verò in cruce ipsa acerbitatē, an ignominia, an vtrūq; simul queremur? Augebat verò pœnarum magnitudinem ipsa Christi Iesu corporis constitutio & habitus, quod quanto ceteris fuit perfectius & temperatus, eo acriorem sentiendi vim habuit.

Ob quam causam passus fuerit Christus, si quis querat, hanc potissimam fuisse inueniet, præter hereditariam labem primorum parentum, vita & peccata, quæ homines à mundi origine, usque ad hanc diem admiserūt, ac deinceps usque ad consummationem seculi admissuri sunt.

Primum igitur Domini Passio, peccati liberatio fuit. Deinde, à demonis tyrannie nos eripuit. Pœnam prætereā peccatis nostris debitam persoluit. Tum verò quia nullum gratius & acceptius Deo sacrificium offerri potuit, Patri nos reconciliavit, eumque nobis placatum & propitium reddidit. Postremo, quoniam peccata sustulit, cælorum etiā aditum, communis generis humani peccato interclusum, nobis patefecit. Verū præter hēc immensa beneficia, illud etiā maximū consecutis sumus, vt in hac una Passione, omnium virtutum clarissima exempla habeamus, Patientia, humilitatis, charitatis, mansuetudinis, obedientie, constantie &c. Ut verè dixerimus, salvatorem nostrum, quæcumque vita præcepta toto prædicationis suæ tempore verbis nos docuit, ea omnia uno passionis die in seipso exprefſisse.

B ARTI-

# ARTICVLVS V.

## DESCENDIT AD INFEROS, TERTIA

die resurrexit à mortuis.

## CONTINVATI.

MAXIMè quidem refert nōsse gloriam sepulture domini nostri Iesu Christi, de qua proximè dictum est. Sed plū interest fidelis populi, cognoscere illustres triumphos, quos ex deuicto diabolo & spoliatis inferorum sedibus deportauit.

## DE DESCENSV AD INFEROS.

TABVLA 14.

Quām varia sit vocis, infernī, significatio. Nam inferorum nomen hoc loco non pro sepulcro accipitur, sed abdita illa significat receptacula, in quibus animæ detinētur, quæ cælestē beatitudinem non sunt consecuta. Negatamē eareceptacula vnius & eius de generis sunt omnia.	<i>Est enim tētrimus &amp; obscurissimus carcer, ubi perpetuo &amp; inextinguibili igne damnatorum animæ simul cum immundis spiritibus torquentur, qui etiam gehenna, abyssus, &amp; propria significacione infernus vocatur.</i>
	<i>Præterea est purgatorius ignis, quo piorum animæ ad definitum tempus cruciatæ, expiantur, ut eis in eternam Patriæ ingressus patere possit, in quam nihil coquinatum ingreditur, Apoc. 21.</i>
IN HOC primo Articuli quinti membro, tria in primis considerari debet:	<i>Tertium postremò receptaculi genus est, in quo animæ sanctorum ante Christi Domini aduentum excipiebantur: ibique sine ullo doloris sensu, beata redēptionis spē sustentati, quieta habitatione fruebantur. Horum igitur piorum animas, qui in sinu Abrahæ Salvatore expectabant, Christus Dominus ad inferos descendens liberavit.</i>
	<i>Ceteri enim omnes captiui descenderant.</i>
Quæ differētia sit inter descensum Christi & aliorū. Differet autem bifariam:	<i>Pri- mo: Ipse verò inter mortuos liber &amp; victor, ad profligandos da- mones, à quibus illi ob noxam inclusi &amp; constricti tene- bantur, descendit.</i>
	<i>Alij omnes, qui descenderunt, partim pénis acerbissimis torquebantur, partim vero, ut alio doloris sensu ca- rerent, tamen Dei adspectu priuati, &amp; spē beatæ gloriae, quam expectabant, suspensi torquebantur.</i>
Quibus de causis Christus ad inferos descendit. Quarum	<i>At Christus dominus descendit, non ut aliquid pateretur, verum ut sanctos &amp; iustos homines, ex misera illius cu- stodiæ molestia liberaret, eisque passionis sua fructum impartiret.</i>
	<i>Prima est, ut erexit dæmoni spolijs, sanctos illos patres, ceterosq; pios è carcere liberatos, uō solum q; post aduentū Dñi in luce editi erant, sed qui illum post Adū anteceſſerāt, secum adduceret in celum: vel qui usq; ad finem seculi futuri sunt, passionis sua be- neſicio dignos redderet.</i>
Est illa præterea causa, cur descenderit ad inferos Christus Dñs, ut ibi etiā quēadmodū in celo & in terris, vim suā potesta- temq; declararet, & omnino, ut in nomine eius omne genu fle- retur, cælestium, terrestrium, & inferorum. Philip. 2.	<i>SVMMA.</i>

In priori parte hoc nobis credendum proponitur, Christo iam mortuo, eius animam ad inferos descendisse, ibique tam diu mansisse, quām diu eiusdem corpus in sepulcro fuit.

REGV-

## REGVLA I.

EAD EM Christi persona, eodem tempore & apud inferos fuit, & in sepulcro iacuit: propterē quod, quanquā anima à corpore discesserit, nunquā tamen diuinitas vel ab anima, vel à corpore separata est.

## REGVLA II.

VERÙM & si Christus ad inferas descendit, nihil de eius summa potestate detractum est: neque eius sanctitatis splendor macula aliqua adspersus, cùm potius hoc factō, verissima esse omnia, quæ de illius sanctitate celebrata erant, eumque filium Dei esse, quemadmodū ante tot prodigijs declarauerat, apertissimè comprobatum sit.

## DE RESVRRECTIONE CHRISTI

à mortuis.

TABVLA 15.

Primum qui- dē, quare ne- cessē fuerit Christum re- surgere: quod ideo factum confitemur,	<i>Vt Dei iustitia ostēderetur, à quo maximē decebat eum extollī, qui vt illi obtemperaret, depresso, atq; omni ignominia affectus erat.</i>
	<i>Preterea, vt fides nostra confirmaretur, sīne qua hominis iustitia constare non potest.</i>
VERÙM vt huius Ar- ticuli vim & sensum melius per- spiciamus, tria nobis exempla petere inuestigan- da & co- gnoscenda sunt:	<i>Deinde, vt spes nostra aleretur, atq; sustentaretur. Cum enim Christus resurrexerit, certa spē nitimur, fore vi nos etiā resurgamus: siquidem membra capitilis sui conditionem consequantur necesse est.</i>
	<i>Postremo, vt salutis &amp; redēptionis nostrę mysterium absoluere- tur. Christus enim morte sua nos à peccatis liberavit: resurgens verò, præcipua nobis bona restituit, quæ peccando amiseramus.</i>
Deinde, quæ à re- surrectione Christi exempla petere inuestigan- da & co- gnoscenda sunt:	<i>Alterum est, vt postquam peccati maculas eluimus, nouum vitæ genus instituamus, in quo morum integritas, innocē- tia, sanctitas, modestia, iustitia, beneficentia, humilitas eluceat.</i>
	<i>Alterum est, vt in eo vite instituto ita perseveremus, vt, adiuante Domino, à iustitiae via, quam semel ingressi fuerimus, non excidamus.</i>
Quantū vit- litatis Domini resurre- ctio fidelibus attulerit. Nā	<i>In resurrectione Deum esse immortalem, plenum gloria, mortis &amp; diaboli victorem, agnoscimus, quod de Christo Iesu sineulla du- bitatione credendum &amp; confitendum est.</i>
	<i>Deinde Christi resurrectio nobis etiā corporis resurrectionem per- petrat, tum quia eius mysterij causa efficiens fuit, tum quia ad Domini exemplum resurgere omnes debemus.</i>
In summa: hoc maxime resurrectione sua Dominus efficit, vt qui anteā vñā cum illo peccatis & huic seculo mortui eramus, cum illo etiam ad nouam vitæ institutionē & disciplinā resurgeremus.	<i>In summa: hoc maxime resurrectione sua Dominus efficit, vt qui anteā vñā cum illo peccatis &amp; huic seculo mortui eramus, cum illo etiam ad nouam vitæ institutionē &amp; disciplinā resurgeremus.</i>

## SVMMA.

POST QVĀ Christus Dominus sexta feria, hora diei nona, in cruce spiritum emisit, & eadem die vesperè sepultus est ab eius discipulis, qui Pilati pr̄sidis permisso, corpus Domini è cruce depositū, in propinqui horti monumentū nouum intulerunt: tertio à morte die, qui fuit dominicus, summo manè illius anima corpori iterū coniuncta est.

## NE CESSIT AS.

HIVVS Articuli fidem cū D. Augustinus admiraretur, ita scripsit: Nō magnum est, credere quia mortuus est Christus: hoc & pagani, & Iudei, & omnes iniqui credunt: hoc omnes credunt quia mortuus est. Fides Christianorum, resurrectio Christi est: hoc pro magno habemus, quia credimus eum resurrexisse.

## REGVLA I.

SED resurrectionis voce non illud solū intelligendū est, Christum à mortuis excitatū

B 2 esse,

## PARTITIONES CATE-

esse, quod multis alijs commune fuit, sed sua vi ac virtute resurrexisse, quod proprium in illo fuit & singulare.

## REGVLA II.

QVIN illud etiam præcipuum Christi fuit, quod ipse primus omniū hoc diuino resurrectionis beneficio affectus est. Ad Coloss. i. Apoca. i. Nam & si ante Christum multi alijs à mortuis excitati sint, omnes tamen ea conditione reuixerunt, vt eis iterum moriendum esset: at Christus dominus ita surrexit, morte subacta & oppressa, vt mori amplius non possit.

## REGVLA III.

Nec id prætereundum est, quod tertia die Christus resurrexisse dicitur. Ut enim diuinitatem suā declararet, resurrectionem ad finem seculi differre noluit: Rursus verò, vt eum verè hominem, vereq; mortuū esse crederemus, non statim post mortem, sed tertio die resurrexit, quod temporis spatiū ad veram mortem comprobandam satis esse videbatur.

ARTICVLVS VI.  
ASSCENDIT AD CAELOS, SEDET AD DEXT-  
ram Dei Patris omnipotentis.

## CONTINVATIO.

DE Christo Iesu illud etiam fideles finē vlla dubitatione credere oportet, eum perfecto iam & ab-soluto redemptionis nostræ mysterio, vt homo est, in cælum corpore & anima ascendiſſe: nam vt Deus est, nunquam ab eo absuit, vt qui diuinitate sua loca omnia compleat.

## DE ASSCENSIONE CHRISTI. TAB. 16.

modus as- censionis, quo doce- mur	<i>Aſſcendiffe Christum ſua virtute, non aliena vi ſublatum, quemadmodum Elias, qui igneo curru in cælum eueritus eſt. Reg. 2.</i>
<i>Aſſcendit ad cælos: Quibz verbis exprim- mitur</i>	<i>Neque verò ſolum vt Deum prepotenti diuinitatis virtute in caelos ascendiſſe, ſed etiam vt homo eſt.</i>
<i>Cauſæ p- pter quas Christus Dominus in caelos ascendit.</i>	<i>Primum enim ascendiſſe, propterea quod eius corpori, quod immortalitatis gloria in resurrectione donatum fuerat, non terrenæ buius &amp; obſcuræ habitationis locus, ſed altissimum &amp; ſplendifſimum cæli domiciliū conueniret. Deinde, vt regnum ſuum non eſſe ex hoc mundo, re ipſa comprobaret. Sed illud etiam Dominus noster in caelum aſſcendens efficere voluit, vt nos eum aſſendentem mente &amp; defiderio prosequeremur, &amp; in cælum nos cogitatione conferamus.</i>
<i>Effectus ſive co- moda aſ- censionis Christi.</i>	<i>Aſſcendit etiam in cælum ex Apostoli ſententia, vt appareat nunc vultui dei pro nobis, &amp; apud Patrem Aduocati officio fungatur. Heb. 9. 1. Ioan. 2. Paravit deniq; nobis locum, quod etiam ſe facturum promiferat, atq; omniū noſtrū nomine caput ipſe Iesu Christus venit in cæleſtis glorie poſſeſſionem. Primum enim fidei noſtræ merito maximus cumulus aſceſſit. Nam fides earum rerum eſt, que ſub adſpectū non cadunt, atq; ab hominum ratione ac intelligentiā remota ſunt.</i>
<i>HIC Arti- culus dua- bus cō- ſtat ſentē- tijs:</i>	<i>Præterea ad confirmandam ſpem in cordibus noſtris magnum habet momen- tum. Inde enim in magna ſpe ſumus, fore vt nos etiam eius membra illuc aſſe- damus, atque ibi cum capite noſtro coniungamur.</i>
	<i>Deinde hoc quoq; vel maximum beneficium conſecuti ſumus, quod amorem noſtrum ad cælum rapuit, ac diuino ſpiritu inflammat.</i>
	<i>Accedit etiam, quod in terris domum ſuam, id eſt, eccliam amplificavit, que ſpiritū ſancti virtute, &amp; duet gubernaretur, varia dans hominibus dona, ſecundum mensuram donationis ſuæ.</i>
	<i>Ad extreum verò, Christi aſcenſus, non ſolum veluti exemplar nobis pro- poſitus eſt, quod altè ſpectare, &amp; ſpiritu in cælum aſſendere diſcamus, ſed di- uinam etiam virtutem, qua id efficere poſſimus, largitus eſt.</i>
	<i>Sedet ad dexterā Dei Patris omnipotentis: Quibus verbis utimur ad explicandā Christi gloriā, quam vt homo præceteris oībus adeptus eſt, eumq; in Patris dextera eſſe conſitemur. Sedere aut, hoc loco non ſitum &amp; figurā corporis significat, ſed eam regiæ, ſummaq; potestatis ac gloriae firmā &amp; ſtabilem poſſeſſionē, quam à Patre accepit, declarat. Quam gloriā adeo conſtat propria &amp; singularē dñi eſſe, vt cuius alij creaturæ naturæ conuenire non poſſit. Ad quem enim Angelorū dixit aliquando, Sede a dexteri meis? Heb. 1.</i>

REGV-

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

## REGVLA I.

IN huius Articuli explicatione illud primū obſeruare oportebit, cetera omnia mysteria ad aſſe- fionē, tanq; ad finē, referri, in eoq; omnium perfectionem & aſſolutionem contineri.

## REGVLA II.

PRAETEREA alia Symboli capita, quæ ad Christum Dominū pertinent, ſummā eius humilitatē & contemptione ostendunt. At verò q; eum ſuperiori articulo à mortuis resurrexisſe, nūc verò in cælum aſſendiſſe, & ad Dei Patris dexteram ſedere conſitemur, nihil ad eius ſummaria gloriam diui- namque Maieſtatem declarandā, magnificenter dicitur admirabilius potest.

## ARTICVLVS VII.

INDE VENTVRVS EST IVDICARE VI-  
uos & Mortuos.

## CONTINVATIO.

TRIA ſunt Domini noſtri Christi ad ſuam eccliam decorandā & illuſtrandam inſignia officia & munera: redēptionis, patrocinij & iudicij. cū autē ſuperioribus articulis ab eo genus humanum paſſione & morte redēemptum eſſe, aſſenſu etiam in cælum, noſtrā cauſam & patrocinū in per- petuum ſuſcepturn conſtitet, ſequitur, vt eius iudicium hoc articulo declaretur.

## DE IVDICIO EXTREMO.

## TABVLA 17.

<i>Venturus eſt,</i> <i>Acto. I. Sacre aut literæ duos filii dei aduen- tus eſſe teſtant:</i>	<i>Alterum, cū ſalutis noſtræ cauſa carnem aſſumpſit, &amp; homo in virginis alio eſſe. Alterum, cū in consummatione ſeculi, ad iudicandoſ omnes homines veniet, &amp; iſ vocatur dies Domini, que ſicut fur veniet. I. Thessa. 5.</i>
<i>In- de</i>	<i>De die autem illa &amp; hora nemo ſcit. Mar. 13. Prædicatio Euangelij in vniuerso or- Signa tamen, quæ ſcriptura iudicium hoc be. Matth. 24. anteceſſura teſtatur, tria ſunt præcipua: Disceſſio, Antichristus. 2. ad Thes- ſalon. 2.</i>
<i>Iudica- re reviuos &amp; mor- tuos: Act. 10.</i>	<i>Primū eſt, cū vniuſquisq; noſtrū migrat ē vita. nam ſtatiſ ad Dei tribunali ſitut, ibi q; de omnibus iuſtiſi- ma quæſtio habetur, quæcumq; aut egerit, aut dixerit, aut cogitārit vñq;. Atque hoc priuatu vocatur iudiciū. Alterum verò, cū uno die atque uno in loco omnes ſimul homines ad tribunal iudicis ſtabunt, &amp; omnibus omnium ſeculorum hominibus inſpectantibus &amp; audi- entibus, ſinguli, quod de iphis decreū &amp; iudicatiū fuerit, cognofcant: hoc autem generale iudicium appellatur.</i>
<i>In quo iudicio tria ſunt coſide- randa: Postremo ſententia, que à Ju- dice pro- nuncia- da ſu:</i>	<i>Deinde forma: Quæ autem iudicii forma &amp; ratio futura ſit, cū ex Danielis oraculis, tum ex Sandorū Euangeliorum: &amp; Apostoli doctrina, facile erit cognofcere. Christus enim Saluator noster, lati oculis pios à dextris ſtantes intuens, ita de illis iudicium ſumma cum benignitate pronūciabit, &amp; enī benedicti Patris mei, poſidete regnū, quod paraū eſt vobis à constitutione mundi. Matt. 25.</i>
	<i>Deinde ad eos qui à ſinistra ſta- bunt, conuerſi, ſuam iuſtiſiā in eos effundet his verbis: Diſ- cedite à me maledicti in ignem eternum, qui paratus eſt dia- bolo &amp; angelis eius. Ex quibus verbis the- ologici du- plicem col- ligunt pæ- nam: Damni vnam, qua damnati, priuantur adſpectu Dei, ibi, Diſcedite. Alterā ſenſu, quod ſenſu cor- poris perciptiatur. ibi, In ignē eternum. B 3 SVM.</i>

## PARTITIONES CATE-

## SVMMA.

Huius Articuli ea vis est & ratio, summo illo die Christum dominū de vniuerso hominum genere iudicaturum esse. Hęc autem veritatis formula, iurē vna ex duodecim fidei Christianæ Articulis constituta est, vt si quorum animi in prouidentia & iustitia dei nutrarent, huius doctrinæ ratione confirmarentur.

## REGVL A. I.

VERUM Christo domino non solùm vt Deo, sed etiām vt homini hoc iudiciū datū esse, sacrę literę declarant. Quanvis enim iudicandi potestas omnibus sanctę Trinitatis personis cōmuni sit: p̄cipue tamen filio eam tribuimus, q̄ ipsi quoq; sapientiam conuenire dicimus.

## REGVL A. II.

DECERBAT autem maximè à Christo Domino hoc iudicium exerceri, vt, cūm de hominibus decernendum esset, illi corporeis oculis iudicem videre, & auribus sentētiā, quę proferebatur, audire posse, & omnino iudicium illud sensibus percipere.

## REGVL A. III.

AC præterea æquissimum erat, vt homo ille qui iniquissimis hominum sententijs condemnatus fuerat, omnium deindē iudex sedere ab omnibus consiperetur.

## APPENDIX.

DE NECESSITATE IUDICII GENERALIS: QVAE CAVSA fuerit, cur p̄t̄ priuatum de singulis, alterum etiām de vniuersis hominibus iudicium exerceretur.

## CAVSA PRIMA.

CVM vel ipsis hominibus mortuis interdūm superstites sint filij Parentū imitatores, reliqui sint libri, discipuli, exemplarū, orationū, actionū amatores, ac propugnatores: quibus rebus ipsorum mortuorū p̄emias, & p̄enas augeri necessè est, cūm hęc vel vtilitas vel calamitas ad plurimos pertinens, nō priū finē habitura sit, q̄ extremus veniat mūdo dies, equum erat de vniuersa hac recte, aut perperām factorum dicatorumq; ratione perfectam questionem haberi, quod fieri non poterat, nisi facto cōmuni omnium hominū iudicio.

## SECVNDA CAVSA.

ACCEDIT etiām, quòd, cūm piorū fama s̄pē ledatur, impij verò innocentie laude cōmendentur: diuinæ iustitiæ ratio postulat, vt pijs erexitam iniuria apud homines existimationem in publico vniuersorum hominum conuentu & iudicio recuperent.

## CAVSA TERTIA.

DE INDE verò boni & mali homines quęcunq; in vita egérūt, cū nō sinē corporibus egerint, omnino sequitur, vt benefacta siue malefacta ad corpora etiām pertineant, quę actiōnum ipsarum instrumentum fuerunt.

## QVARTA CAVSA.

POS TRIEM, quoniam in aduersis, & secundis hominum rebus, quę promiscuè nō nunquam bonis & malis eveniunt, probandum erat, nihil non infinita Dei sapientia & iustitia geri ac gubernari, par fuit, non solūm bonis p̄emias, improbis supplicia in futuro seculo cōstitui, verū etiām publico ac generali iudicio decerni, quo omnibus notiora & illustriora fierent, atq; vt Deo iustitię & prudentię laus ab omnibus tribueretur, proin iusta illa querela, qua sancti etiā viri deplorari interdūm, vt homines, solebant, cū improbos valentes opibus, & honoribus florentes, animaduerterent.

## EPILOGVS.

ATQVE sic p̄posito iudicio pios recreari, impios terri oportebat, vt cognita dei iustitia, illi nē deficerent, hi à malis, ęterni supplicij metu atq; expectatione, reuocarentur.

## 2.COR. 3.

OMNES nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnuſquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

## ECCLESIASTICI 7.

IN omnibus operibus tuis memorare nouissimā tua, & in ęternum non peccabis.

## ARTI-

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

ARTICVLVS VIII.  
CREDO IN SPIRITVMSANCTVM.

## CONTINVATIO.

HACTENÙS, quę ad primam & secundam sanctę Trinitatis personam pertinebant, quātūm propositi argumenti ratio postulare videbatur, exposita sunt: sequitur nūc, vt illa etiām, quę in symholo de tertia persona, hoc est, de spiritu sancto traduntur, explicitur.

DE SPIRITVSANCTO, TERTIA SANCTIS,  
simae Trinitatis persona, siue de sanctificatione Ecclesie. TABVLA 18.

HIVIS Articuli explicatio confitit in	Patri Commune etiā Nominis notione, quod est	Patri vterq; enim Filio	Spiritus es ē, Sanctus.
		Proprium Spiritu sancto nomen tributum nō es ē, cūm eius produc̄tio, spiratio & proceſſio appelletur. Procedit enim à Filio.	Tāquā ab uno principio eterna proceſſio, et tertia dicitur in Trinitate persona.
		Vt intelligamus spiritum sanctum aequē ac patrem, & Filium, Deum es ē, eide aequalē, aequē omnipotentem, eternum, & infinitē perfectionis, summum bonum ac sapientissimum, eiusdemq; cum Patre & Filio naturae: id cūm pluribus sacrae scripturæ testimonijs, cum communī probatur baptizandi formula, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Si enim pater Deus es ē, & filius Deus, omnino fateri cogimur, etiām Spiritum sanctum, qui cum eis pari honoris gradu coniungitur, Deum esse.	
		Cognitione effectū. Habet enim spiritus sanctus, quodā admirabiles effectus, & amplissima munera, quorū p̄cipios et maximē proprios effectus Esaias II. Prophetie suæ cap. enumerat 7. Spiritu videlicet	Sapientie, Intellectus, Confilij, Fortitudinis, Scientiae, Pietatis, Timoris Dñi.
			Hęc Spiritus sancti dona vocatur, ex quibus Christianæ viue p̄cepta haurimus, sentireq; possumus, an Spiritus sanctus in nobis sit.

## REGVL A.

PRO INDĒ, quęcunque bona & beneficia à Deo in nos collata sunt, (quid autem habemus, quod à Deo, vt inquit Apostolus, non accepimus? i. Cor. 4.) ea nobis spiritus sancti concessu & munere data esse, pio & grato animo agnoscere debemus.

## EPILOGVS.

VERŪ M p̄cāteris eius amplissimis muneribus, gratia illa p̄dicanda est, quę nos iustos facit, signatque spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Hęc enim mentem nostram arctissimo amoris vinculo Deo iungit: ex quo fit, vt summo pietatis studio accensi, nouam vitam instituamus, ac naturæ diuinæ participes effecti, filij Dei nominemur, & verè simus. i. Ioan. 3.

ARTICVLVS IX.  
CREDO SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM, Sanctorum Communionem.

## CONTINVATIO.

PENDET hic à superiori: quia cūm iam demonstratum sit, spiritum sanctum omnis sanctitatis fontem & largitorem esse, nunc ab eodem Ecclesiam sanctitate donatā cōfitemur.

PARTITIONES CATE-  
DE ECCLESIA CATHOLICA.

TABVLA 19.

Dicitur	Domus & aedificium Dei, i. Timoth. 3.	Et haec singula plurimum valent ad Grex ouium Christi, quarum ille ostium est. Sponsa Christi, 2. Cor. 11. ad Ephes. 5. Corpus Christi, ad Ephes. 1. ad Colos. 2.	fideles excitandos, ut se dignos im- mēsa Dei clemētia & bonitate p̄be- ant, q̄ eos, vt populū Dei esset, elegit.
Significat Ecclesia euocationem: verū scriptores postea & surpārunt pro cōcilio & cōcione. Est, vt ait S. Augustinus, populus fidelis, per vniuersum orbem dispersus.	Illae enim humana ratione & prudentia nituntur.	Alijs reb⁹ publicis. Hac autē, Dei sapientia: vocavit enim nos	Intimo quidem spiritu sancti afflato, qui hominum corda aperit. Extrinsecus autem, Pastorum & prædicatorum opera ac ministerio.
Dif- fert ab	Synagoga, id est, con- gregatione populi fidelis olim sub lege positi. Nā, vt docet Augustinus,	Hoc ei nomen impositum est, quia pecudum more, quibus magis congregari conuenit, terrena & caduca rā- tum bona spectaret:	Christianus verò populus, meritò non synagoga, sed Ecclesia dicitur: quia terrenis & mortalibus rebus contemptis, cælestes & eternas tantummodo confundatur.
San- ctam Ecclē- siā: Catho- licā: Quā	Triumphantem, quæ est cætus ille clarissimus & felicissimus beatorum spirituum, & eorum qui de mundo, de carne, de iniquissimo dāmone triumpharunt, & ab huius vita molestis, liberi ac tuti, eterna beatitudine fruuntur.	Bonorum, qui non solum fidei professione, & communione sacramentorū, sed etiam spiritus gratia, & charitatis vinculo inter se coniuncti & colligati sunt.	Militantem, quæ est cætus omnium fidelium, qui adhuc in terris viuunt: & ideo militans vocatur, quod illi cum immanissimis hostibus, mundo, carne, satana perpetuum sit bellum. In qua duo sunt hominum genera:
HIC Articulus cōple- ditur	Vna: Nam vna, inquit, est columba mea, vna est speciosa mea. Cant. 6.	Improborum, qui eorundem quidem sacramentorum participes, eandem quoque quam boni fidem profiteruntur, & vita ac moribus sunt dissimiles.	Sancta vel Quia veluti corpus cum sancto capite Christo Domino, totius sanctitatis fonte, coniungatur.
Notas seu proprietati- tes habet quatuor: vt sit	Catholica, id est, vniuersalis: quoniam à solis ortu usque ad occasum, vnius fidei splendore diffunditur. Augustinus.	Apostolica: Etenim spiritus sanctus qui Ecclesia præsidet, primum quidem Apostolis tributus est: deinde verò summa Dei benignitate, semper in Ecclesia mansit.	Non solum remissionē peccato rum, in quatria maximè sunt spe standa:
Sanctorū communi- cationem, hoc est,	Societatem sanctorum, ad quam nos invitat D. Ioannes Euangeliſta: Ut & vos, inquit, societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre, & cum filio eius Iesu Christo, i. Ioan. 1. Est autem hic articulus non solum quedam reinterpretatio superioris, doctrinaq̄ vberrimorum fructuum, sed etiam quis vsus mysteriorum esse debet, quæ symbolo continentur, declarat. Unitas enim spiritus, quo Ecclesia Catholica regitur, efficit, vt quidquid in eam collatum est, commune sit.	Sacramentorū, quibus fideles veluti sacris vinculis Christo conectūtur.	ARTI- culi huius summa haec est, in Eccle- sia catho- lica repe- riri
Com- muni- onem	Non eorum tantum, q̄ homines charos Deo ac iustos reddunt, sed gratia etiam gratis datæ, vt sunt, sc̄iētia, Prophetia, donum linguarū ac miraculorum.	Qui in charitate vitam Christianā degunt, iustique & chari Deo sunt.	Non solum remissionē peccato rum, in quatria maximè sunt spe standa:
Dono- rum	Qui bus fru- ūtūr	Membra verò mortua, fructū eorum spiritualē non percipiunt, tametsi huīus corporis membra esse non desinunt.	Sed etiam potestatem peccata remittendi in ea esse: quia si ritē et secundūm leges, à Christo Dno præscriptas, sacerdotes remittunt, verò peccata remittit, & cōdonari credendū est. Hoc verò admirabile & diuinū munus antequām Deus homo fieret, nulli creatūræ naturæ imparitum est, sed

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

21

## QVI HOMINES A CATHOLICA EXCLV-

dantur Ecclesia. TABVLĀ 20.

AB EC- clesia ex- cluduntur	Tria tā- cummo- dō homi- num ge- nera:	Primo quidem Ethnici & infideles, quod in Ecclesia nunquam fuerunt, neque eam vñquam cognoverunt, nec vñlius sacramenti participes in populi Christiani societate facti sunt.
	Deinde verò ha- retici atque schi- smatici, q̄ ab Ec- clesia desciuerūt.	Neq; enim illi magis ad Ecclesiam spectant, q̄ trans- fuge ad exercitum pertineant, à quo defecerunt.
		Non negandum tamen, quin in Ecclesia potestate sint, vt qui ab eam iudicū vocentur, puniantur, & anathemate damnentur.
		Postremò etiā excommunicati, quod Ecclesia iudicio ab ea exclusi, ad illius communionem non pertineant, donec resipiscant.

ARTICVLVS X.  
REMISSIONEM PECCATORVM.

## CONTINVATI.

HVN articulū, non solum diuinum aliquod mysterium, etiā ad salutem comparandum maximè necessarium continere, sati illud indicat, quod Saluator noster paulò ante assensum in cælum, de ea re testatus est, cùm discipulis sensum aperuit, vt intelligerent scripturas: Oportebat, inquit, Christū pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Hierosolyma. Lucæ 24.

## DE REMISSIONE PECCATORVM.

TAB. 21.

ARTI- culi huius summa haec est, in Eccle- sia catho- lica repe- riri	Non solum remissionē peccato rum, in quatria maximè sunt spe standa:	Cuius virtutis sit, peccata remittere. Constat enim ab uno Deo peccata hominibus cōdonari, neq; ad alium authorem, quam ad summam eius bonitatem, & potentiam tam munificum opus referendum esse. Ego sum, inquit ipse Dominus per prophetam, qui deleo iniquitates tuas. Iſai. 43.
		Quaratione Deus clementissimus pater, mundi peccata delere constituit, sanguine enim vñgeniti filij sui, sceleris nostra expiari voluit, vt pœnam quā nos pro peccatis cōmeruimus, vñtrō ille persolueret, iustasque pro iniustis damnaretur, innocens pro reis morte acerbissima afficeretur.
		Quibus veluti instrumentis hæc conferatur venia. Nam per sacramenta solum, si eorum forma serueretur, peccata remitti possunt: aliter verò nullū ius à peccatis soluendi Ecclesiæ datum est.

Primus omniū Christus Saluator noster, vt homo, cùm idē verus Deus esset, hoc munus à cælesti patre traditum accepit. Deinde Christus eam potestatem episcopis & presbyteris in Ecclesia concessit: Accipite, inquit, spiritū S. Quorū remiseritis pec-  
cata, remittuntur eis: & quorum retinueri-  
tis, retenta sunt. Ioh. 20. Verū Christus sua autoritate, ceteri vt Christi ministri, peccata dimittunt.

REGV-

PARTITIONES CATE-  
REGVLA I.

NEQUE verò existimandum est, hanc potestatem certis quibusdam peccatorum generibus definitam esse. Nullum enim tam nefarium facinus vel admitti, vel cogitari poiest, cuius remittendi potestatem sancta Ecclesia non habeat. Quemadmodum etià nemo adeò improbus & sceleratus fuerit, quem si erratorum suorum verè pœnitentia, certa ei veniam spes proposita esse non debeat.

## REGVLA II.

SED neque hæc eadem potestas ità circumscribitur, ut præfinito solùm aliquo tempore ea viti liceat. Nam quacunque hora peccator ad sanitatem redire voluerit, reiciendum non esse docuit Saluator noster Matth.18.

## REGVLA III.

VERUM hoc loco admonendi sunt fideles, nè tam ampla veniæ facultate proposita, quā etià nullius temporis termino definiri declarauiimus, vel ad peccandum faciliores, vel ad resipiscendum tardiores reddantur: in altero enim cùm iniuriosi & cōtumeliosi in hāc diuinam potestatem manifestè depræhendantur, indigni sunt, quibus Deus misericordia suam impertiatur: in altero verò magnoperè verēdum est, nè morte occupati, frustrè peccatorum remissionem confessi fuerint, quam tarditate & procrastinatione merito amiserunt.

# ARTICVLVS XI

CARNIS RESVRRECTIONEM.

## CONTINVATI.

MAGNAM huius articuli vim esse ad fidei nostræ veritatem stabilendam, id maximè ostendit, quod diuinis literis non solùm credendus fidelibus proponitur, sed multis etià rationibus confirmatur. Quod quidem cùm in alijs symboli articulis vix fieri videamus, intelligi potest hoc velut firmissimo fundamento salutis nostræ spem nixam esse. Nam vt Apostolus ratiocinatur, Si mortuorum resurrectio non est, neque Christus resurrexit: quod si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. 1.Cor.15.

## DE CAR-

PARTITIONES CATE-  
REGVLA I.

CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.  
DE CARNIS RESVRRECTIONE.

## TABVLA 22.

Definitio. EST autem resurrectio, authore Damasco, ad eum statum vnde cederis, reuocatio: & inter præcipua Dei numeratur opera. Quemadmodum enim omnia à Deo initio creationis perfecta fuerunt, ità etià in resurrectione futurum omnino affirmare oportet.

Significatio: Nam resurrectione hominum, in hoc articulo carnis resurrectione appellatur: ut duarum partium, animæ & corporis, quibus homo constat, alteram tantum, nempe corpus, corrupti, & in puluerem terræ, ex qua compactum est, redire, anima verò incorruptam manere intelligamus.

Differentia: Neq; enim par omnium Qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: Qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Ioan.5.  
conditio est futura, sed resurgent.

AD HVI-  
US ARTICULI  
EXPLICATIO-  
NEM PERTI-  
NENTI RESUR-  
RECTIONIS

Qualitas. Non enim corpus tantum resurget, sed quidquid ad illius naturæ veritatem, atque ad hominis decus & ornamentum pertinet, restituendum est. Præclarū ea de re sancti Augustini testimonium legimus: Nihil tunc vitij, inquit, in corporibus existet: Qui enim vel ab ipso ortu, oculis capti sunt, vel ob aliquem morbum lumina amiserunt, claudi atque omnino manci, & quibusvis membris debiles, integro ac perfecto corpore resurgent.

Causa finalis: Idcirco autem corpora excitanda sunt, ut referat unusquisque propria corporis, prout gerbit, sive bonum, sive malum. 2.Cor.5.

Habebunt autem sanctorum rediuita corpora, insignia quædam & præclara ornamen-  
ta, quibus multo nobiliora futura sint, quam vñquam anteā fuerint. Præcipua verò sunt  
quatuor illa, quæ dotes appellantur, ex Apostoli doctrina à Patribus obseruatæ. De  
quibus in sequenti vide tabula.

## DE DOTIBVS ANIMAE BEATAE.

## TABVLA 23.

Prima est, impassibilitas, munus scilicet & dos, quæ efficit, nè molesti ali-  
quid pati, vllōve dolore aut incommodo affici queant.

Quatuor dotes habebunt cor-  
porare diuina, qua-  
rum

Altera claritas, qua sanctorum corpora, tanquam sol fulgebunt. quā Apo-  
stolus interdum gloriam, ad Philip.3.modò claritatem appellat, 1.Corint.15.  
Est verò claritas hec fulgor quidam, ex summa animæ felicitate ad corpus  
redundans, ità ut sit quædam communicatio illius beatitudinis, quæ anima  
fruitur.

Tertia est illa, quam agilitatem vocant, qua corpus ab onere, quo nunc pre-  
mitur, liberabitur: facilimeq; in quancunq; partem anima voluerit, ità mo-  
ueri poterit, ut eamotione nihil celerius esse queat.

Quarta est, quæ vocatur subtilitas: cuius virtute corpus animæ imperio  
omnino subiectetur, eiq; seruier, & ad nutrū præstò erit. Seminatur enim cor-  
pus animale, inquit Apostolus, surget corpus spirituale. 1.Cor.15.

## DE RE-

PARTITIONES CATE-  
DE RESVRRECTIONIS FRVCTIBVS.

TABVLA 24.

INTER FRV-  
ctus, qui ex resur-  
rectionis articulo  
capiuntur, sunt ij:

Quod in eorū morte, qui nobis necessitudine vel benevolentia coniuncti sunt, facile tum alios, tum nosipos consolabimur.  
In omnibus etiam alijs ærumnis & calamitatibus, futuræ resurrectionis cogitatio, summam nobis doloris leuationem afferet.  
Præterea hoc plurimum valebit ad persuadendum fidelibus populis, vt re-  
ctam vitam, integrum, ab omniq; prorsus peccati labe puram, agere quam  
diligentissime current.  
Contrà verò nullares maiore vim habitura est ad comprimendas animi cu-  
piditates, hominesq; à sceleribus auocandos, quam si sibi admoneantur,  
quibusnam malis & cruciatibus improbi afficiendi sunt, qui extremo illo  
die procedent in resurrectionem iudicij.

## ARTICVLVS XII

ET VITAM AETERNA.

### CONTINVATI.

SANCTI Apostoli duces nostri, Symbolum, quo fidei nostræ summa continetur, æter-  
nae vitæ articulo claudi & terminari voluerunt: tum quia post carnis resurrectionem ni-  
hil aliud fidelibus exceptandum est, nisi æternæ vitæ præmium: tum verò, vt perfecta illa  
felicitas, & bonis omnibus cumulata, nobis sempè ante oculos versaretur, doceremurq;  
in ea mentem & cogitationes nostras omnes defigendas esse.

### DE VITAE AETERNAE PRAEMIO, ET gloria beatorum, & primùm quid eo nomine intelligatur.

TABVLA 25.

VITA AETER-  
na, cuius gloriam ocu-  
lus non vidit, nec au-  
ris audiuimus, nec in cor  
hominis assedit, I. Cor.  
2. dicitur

Interdum quidem Regnum Dei, Christi, cælorum, Paradisus, sancta ci-  
uitas, noua Hierusalem, domus patris: perspicuum tamen est, nullum ex  
ijs ad eius magnitudinem explicandam satis esse. Altior enim & præstâ-  
rior quedam res est vitæ huius felicitas, quam ut proprio vocabulo p-  
fectè significare eius rationem possumus.

Hoc loco non magis perpetuitatem vitæ, cui etiam dæmones, sceleratæ  
homines addicti sunt, quam in perpetuate beatitudinem, quæ beatorum  
desiderium expletar, significat.

QVI-

CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

### QVIBVS IN REBVS VERA CONSISTAT

beatitudo siue felicitas.

TABVLA 26.

Malorum liberatione: Non enim esurient beati, neque sitiens amplius, neque cadet  
super illos sol, neque vellus æstus, Apocal. 7. Sed absterget Deus omnem lacrymam  
ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit  
vltra, quæ prima abiérunt, Apocal. 21.

CONSIL-  
SIT HÆC FE-  
LICITAS IN

Bonoru adeptio-  
ne. Quia in re illa  
distinditione vti  
oportebit, quam à  
grauissimis diui-  
narū rerum scri-  
ptoribus accepi-  
mus. Ij enim duo  
bonorum genera  
esse statuunt, quo-  
rum alterum

Ad beatitudinis naturam pertinet, quæ quidem essentialis di-  
citur beatitudo, & in eo sita est, vt Deum videamus, eiusque  
pulchritudine fruamur, qui est Omnis bonitatis ac perfectionis  
fons & principium. Hæc est vita æterna, inquit Christus Do-  
minus, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Ie-  
sus Christum: Quam sententiam sanctus Joannes videtur in-  
terpretari, cum ait: Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei  
erimus, quoniam vide-  
bim⁹ eum sicuti est. Si-  
gnificat em̄ beatitudi-  
nē ex ijs duob⁹ cōſtare:

Tum quod Deum intuebimur, qualis  
in natura sua ac substantia est.

Tum quod veluti dij efficiemur. Nā  
qui illo fruuntur, quanvis propriam  
substantiam retineant, admirabilem  
tamen quandam & prop̄ diuinā for-  
mam induunt, vt Di⁹ potius, quam  
homines videantur.  
Tum quod remota sunt, vehementius quoquæ animas nostras commo-  
nere & excitare solent. Huius generis ea sunt, de quibus Apo-  
stolus ad Romanos videtur intelligere: Gloria, & honor, & pax  
omni operanti bonum. Infinita verò effet omnium oblationū  
enumeratio, quibus beatorum gloria cumulata erit: ac ne cogi-  
tatione quidem fingere eas possumus.

### QVIBVS REBVS VITA AETERNA SIT comparanda.

AD QVIRITVR ab hominibus, si fide & charitate instructi, & in oratione & sacramento-  
rum salutari vsu perseverantes, ad omnia benignitatis officia in proximos se exerceant. Ita  
enim Dei misericordia fiet, qui beatam illam gloriā diligentibus se præparavit, vt aliquā-  
dō impleatur, quod dictum est per prophetā: Sedebit populus meus in pulchritudine pa-  
cis, & in tabernaculis fidutie, & in requie opulenta. Esa. 32.

#### REGVLA I.

SED tamen hoc fidelibus persuasum esse debet, quæcunq; nobis iucunda in hac vita cō-  
tingere, vel etiam optari queant, siue ea ad mentis cognitionem, siue ad corporis perfectū  
habitum pertineant, earum rerum omnium copijs beatam cælestium vitam circunfluere.

#### REGVLA II.

HOMINES Christiani etiam hīc spe beati meritò dicentur, si abnegantes impietatem ac  
secularia desideria, sobriè & iustè & piè vixerint in hoc seculo, expectantes beatam spem,  
& aduentum gloriae magni Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Tit. 2.

C

PARS

# PARS SECUNDA CA-

## TECHISMI CATHOLICI DE SACRA-

mentis. Et primū de corum numero. TABVLA 27.

Catholicæ igitur Ecclesiæ Sacraenta, quemadmodum ex scripturis probatur, & patrum traditione ad nos peruenit, & conciliorum testatur authoritas, septenario numero definita sunt. Cur autem neque plura, neque pauciora numerentur, ex ijs etiam rebus, quæ per similitudinem à naturali vita ad spiritualem transferuntur, probabili quadam ratione ostendi poterit.

HOMINI enim ad vivendum, vitamq; cōseruandam & ex sua rei publi- ce uilitate traducendam, hæc 7. necessaria videntur:	Vt scilicet in lucem edatur. Augeatur. Alatur. Si in morbum incidat, sanetur. Imbecillitas virium reficiatur. Vt magistratus nūquād defint, quorum auctoritate & imperio regatur. Vt legitima sobolis propagatione seipsum & humānum genus conseruet.	Baptismus, veluti cæterorū ianua, quo Christo renascimur. Confirmatio, cuius virtute fit, ut diuina gratia augeamur & roboremur. Eucharistia, qua tanquam cibo vere cœlesti, sp̄ritus noster alitur & sustinetur. Pænitentia, cuius ope sanitas amissa restituatur, posquam peccati vulnera accepimus. Extrema uinclo, qua peccatorū reliquie tolluntur, & animi virtutes recreantur. Ordo, quo publica sacramentorum mysteria perpetuo in Ecclesia exercendi, sacrasq; oēs functiones exequendi potestas traditur. Matrimonium, quo ex maris & fæminæ legitima & sancta cōiunctione, filij ad Dei cultum & humani generis cōseruationem procurantur, & religiosè eduentur.
---	---	---

QVID referat, numerum tenere sacramentorum.

Quæ quidem cognitio hanc uilitatem affert, quod populus eo maiori pietate omnes animi sui vires ad laudandam & prædicandam Dei erga nos singularem beneficentiam conuertet, quo plura salutis & beatæ vitæ adiumenta nobis diuinitus parata esse intellexerit.

## DE DUPLO SACRAMENTORVM definitione. TABVLA 28.

DEFINITIO Sacerdoti, est alia	Nomini, Rei.	Nam profani authores sacramenti nomine obligationē illam significari voluerunt, cum iurati aliquo seruitutis vinculo obstringimur, ex quo iusfruendum, quo se milites fidelem operam reip. præstatiuros pollicetur, sacramentum militare dictum est. Verum apud Latinos Patres, qui res diuinæ scriptis tradiderunt, Sacramenti nomen aliquam rem sacram, qua in occulto latet, declarat, quemadmodum Græci ad eandem rem significandam, mysterij vocabulo vñsi sunt.
		Sacramentum enim, teste Augustino, est signum rei sacræ: vel ut alijs verbis, in eandem tamen sententiam, dictum est. Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibile signum, ad nostram iustificationem institutum. Item Sacramentum est res sensibus subiecta, quæ ex Dei institutione sanctificatis & iustitia tum significandæ, tum efficiendæ vim habet.

DE SI-

## DE SIGNIS ET REBUS SIGNATIS, SIVE de signorum & rerum signatarum qualitate atq; differentia. TABVLA 29.

Naturalia, quæ præter se ipsa alterius rei notitia in animis nostris gignunt, velut i fumus, ex quo statim ignem adesse intelligitur. Constituta atque ab hominibus inuenientur, ut & colloqui inter se, & alijs animi sui sensa explicare, vicijsimq; aliorum sententiam & consilia possint cognoscere, quorum nonnulla ad oculorum, pleraq; ad aurium sensum, reliqua ad cæteros sensus pertinent.

Ob id inuenient & sunt, vt aliqd significant, vt scriptura, vexilla, imagines, tubæ, & alia huiuscmodi pmulta. Atq; hæc propriè appellantur signa, quorum dicuntur alia

RERVM omnium quæ sensibus percipiuntur, duo sunt genera. Aliæ enim

Primò signa quæ dā à Deo hominibus commendata sunt & instituta, Diuinatus data, in quibus tria sunt consideranda:

Deinde hæc mystica signa nō solum sanitatis & iustitiae nostræ, sed prætereà duo alia cum ipsa sanctitate cōiuncta declarant: videlicet

Postremò, vnicuiq; sacramentorum triplice significādi vim inesse sacri doctores tradiderunt: tum quia Alicuius rei præterita memoria afferat, Aliam presentem indicet ac demonstret, Aliam futuram prænunciet.

Non alterius rei significandæ, sed sua tantum causa effectæ sunt: quo in numero oēs penē res, quæ natura constant, haberipossunt. Quod verò ad propositum sacramenti definitionem attinet, diuinarum rerum scriptoret, sacra rei nomine Dei gratiæ, quæ nos sanctos efficit, ac omnium diuinarū virtutum habitu exornat, demonstrant: huic enim gratiæ propriam sacræ rei appellationem tribuendam merito putarunc. quippe cum eius beneficio animus noster Deo consecretur & coniungatur.

## QVAE HVIIS DOCTRINAE DE SIGNORVM NATURA atque differentia sit utilitas.

NEQ; verò parùm proderit, si fidelis populus sacramenta ad signa pertinere intellexerit: ita enim fiet, vt quæ illis significantur, continentur atq; efficiuntur, sancta & augusta esse facilius sibi persuadeat: cognitaq; eorum sanctitate, addiuinam erga nos beneficentiam colendam ac venerandam magis excitetur.

C 2 DE QVA-

## DE QVATVOR IN SACRAMENTIS

obseruandis. TABVLA 30.

IN SA-  
cramentis  
obseruāda  
est

*Materia, quæ dicitur elemen-*  
*tum.*

*Vnde D. Augustinus: Accedit verbum, inquit, ad ele-*  
*mentum, & fit Sacrementum.*

*Forma, quæ communivo-*  
*cabulo verbi appellatur.*

*Principalis, Deus. Nam cùm Deus sit qui homines iustos efficiat, ipsa verò sacramenta iustitiae adipiscenda mirifica quædā instrumenta sint: patet, vnum eundemq; Deum in Christo iustificationis & Sacramentorum authorem agnoscendum esse.*

*Causa ef-*  
*fectū pro-*  
*ducens, q̄*  
*est dus*  
*plex:*

*Velut instrumentalis,*  
*Ministri Ecclesie. Nō*  
*minus enim ministro-*  
*rūm officio, quām ma-*  
*teria & forma ad sa-*  
*cramenta conficienda*  
*opus est.*

*Atq; hi quidem ministri, quoniā in sacra illa*  
*functione nō suam, sed Christi personā gerunt:*  
*ea refit, vt, siue boni, siue malis sint, modō ea*  
*forma & materia vtantur, quā ex Christi in-*  
*stituto semper Ecclesia catholica seruauit, idq;*  
*facere proponant, quod Ecclesia in ea admini-*  
*stratione facit, vere sacramenta confiant &*  
*conferant.*

*Meminerint tamen sacramentorum ministri,*  
*sacramenta diuinam quidem virtutem, q̄ illis*  
*inest, nunquām amittere: at verò impure ea*  
*administrantibus, aeternam perniciem & mor-*  
*tem adferre.*

*Prima, est humani ingenij imbecillitas. Siquidem natura ita compa-*  
*ratum videmus, vt ad earum rerum notitiam, quæ mente atq; intelli-*  
*gentia compræhensæ sunt, nisi per ea, quæ aliquo sensu percipiuntur,*  
*nemini adspicere liceat.*

*Altera verò causa est, quod animus noster hanc facile cōmouetur*  
*adea, quæ nobis promittuntur, credenda. Quarè Christus cùm nobis*  
*peccatorum veniam, cælestem gratiam, et spiritū sancti communicati-*  
*onem pollicitus est, quædam signa oculis & sensibus subiecta instituit,*  
*quibus eum quasi pignoribus obligatum haberemus, atque ita fidelem*  
*in promissis futurum, nunquām dubitare possemus.*

*Tertia causa fuit, vt illa rāquam remedia, vt scribit S. Ambrosius,*  
*atque euāgelici Samaritani medicamenta, ad animarum sanitatem vel*  
*recuperandam vel tuendam præstò essent.*

*Sed quarta etiā causa accedit, cur sacramentū institutio neces-*  
*saria videri possit: vt scilicet nota quædam & symbola essent, quibus*  
*fideles internoscerentur.*

*Prætereà aliam etiā iustissimā fuisse causam sacramēta instituēdi,*  
*ex illis apostoli verbis: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, Rom. 10. ostendit potest. Sacramentis enim fidem no-*  
*stram in hominum conspectu profiteri, & notam facere videmur.*

*Magnā deinde vim habent Sacramenta, nō solum ad fidem in animis*  
*nostris excitandam & exercendam, sed etiā eam i charitatem infla-*  
*mandam, qua amare inter nos debemus, cùm arctissimō vinculo nos*  
*colligates, & unius corporis membra effectos esse, ex sacrorum myste-*  
*riorum communione recordamur.*

*Postremò, quod in Christianæ pietatis studio plurimi faciendū est,*  
*humanae mentis superbiam edomant ac comprimunt, nosq; ad humili-*  
*tate exercent, dum sensibilibus elemētis subiecere nos cogimur, vt Deo*  
*obtemperemus, à quo ante à mīlie defeceramus, vt mūdi clementis fer-*  
*viremus.*

DE SA-

CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.  
DE SACRAMENTORVM DIFFERENTIIS.  
TABVLA 31.

*Tum*

*Quod in illis administrandis nulla, quod quidem acceperimus, de-*  
*finita forma seruaretur: quo etiā fiebat, vt incerta admodum*  
*& obscura essent.*

*Nostra vero formam verborum ita præscriptam habet, vt si forte*  
*ab ea discedatur, sacramenti ratio constare non posset: ob eamque*  
*rem clarissima sunt, ac nullum relinquunt dubitandi locum.*

*Illa veteris legis sacramenta, cùm infirma essent, egenaq; elemēta,*  
*inquinatos sanctificabant ad emundationem carnis, nō animæ.*  
*Quarè vt signata nūm earum rerum, quæ mysterijs nostris ef-*  
*ficiendæ essent, instituta sunt.*

*Hæc verò nouæ legis sacramēta ex Christi latere manantia, emū-*  
*dant conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum*  
*Deo viuenti, atque ita eam gratiam, quam significant, Christi*  
*sanguinis virtute operantur.*

*Necessitate.*

*Ex his enim*  
*tria præce-*  
*teris sunt*  
*duobus*  
*modis:*

*Baptismū enim vnicuiq; sinè vlla adiunctione necessariū esse*  
*Saluator his verbis detlaravit: Nisi qs renatus fuerit ex*  
*aqua & spiritu, non potest introire in regnū Dei, Ioan. 3.*  
*Pænitentia verò illis tantummodo necessaria est, quis se*  
*posse baptismū aliquo mortali peccato, obstrinxerunt.*  
*Ordo præterea et si non singulis fidelibus, toti tamen Ec-*  
*clesiae omnino necessarius est.*

*Dignitate, quæ si in sacramentis spectetur, Eucharistia sanctitate & my-*  
*steriorum numero ac magnitudine, longe cæteris antecellit.*

## DE SACRAMENTORVM EFFECTIBVS.

TABVLA 32.

*Ac principem quidem locum meritò gratia illa obtinet, quam visitato à sacris doctoribus*  
*nomine iustificantem vocamus, ita enim Apostolus apertissime nos docuit, cùm inquit,*  
*Christum dilexisse Ecclesiam, & seipsum tradidisse pro ea, vt illam sanctificaret, mundas*  
*eam lauacro aquæ in verbo, Ad Ephes. 5.*

*Describitur à D. Paulo, his verbis: Vnxit nos Deus, qui & signauit*  
*nos, & dedit pignus spiritū in cordibus nostris, I. Cor. 1.*  
*Est velut insigne quoddam animæ impressum, quod deleri nūquām*  
*potes, eiq; perpetuò inhæret.*

*Alter verò sa-*  
*cramētorum ef-*  
*fectus est, Cha-*  
*racter, quæ ani-*  
*mæ imprimit.*

*Character autē*

*Tum, vt apti ad aliquid sacris suscipiendum vel per-*  
*agendum efficiamur:*

*Tum, vt aliqua nota alter ab altero internoscatur:*

*Proprius triū*  
*est sacramen-*  
*torum, vide-*  
*licet*

*Baptismi,*

*Confirma-*  
*characterem imprimit, neque ullo*  
*ordinis.*

*Nam hæc tria tantum sacramenta*  
*tempore iteranda sunt.*

C 3 DE CÆ-

**DE CAEREMONIIS, IN SACRAMENTO**  
rum administratione adhibendis.

TABVLA 33.

MERITO QVIDEM  
à primis usque Ecclesiae tē-  
poribus illud semper serua-  
tum est, ut sacramenta sō-  
lennibus quibusdam cære-  
monijs administrarentur.

Primum enim maximè decuit, sacris mysterijs eum religionis cultū  
tribuere, ut sancta sancte tractare videremur.  
Prætereà, quæ sacramento efficiuntur, ceremonia ipsæ magis decla-  
rant, ac veluti ante oculos ponunt, & earum rerum sanctitatem in  
animos fidelium altius imprimit.  
Deinde verò mentes illorum, qui eas intuentur & diligentè obser-  
uant, ad sublimum rerum cogitationem erigunt, fidemq; in eis &  
charitatem excitant.

## REGVLA.

Cæremoniæ tametsi prætermitti sinè peccato non possunt, nisi aliud facere ipsa necessi-  
tas cogat: tamen si quandò omittantur, quoniam rei naturam non attingunt, nihil de ve-  
ra sacramenti ratione imminui credendum est.

**DE SACRAMENTORVM VENERATIONE**

&amp; vsu. TABVLA 34.

Primum est, ut fideles intelligent, quanto honore & cultu & veneratione hæc di-  
uina & cælestia munera digna sint.

IN SA-  
cramentorū  
explicatiōe  
duo potissi-  
mū effici-  
enda sunt:

Alterū verò, ut quoniā  
à clementissimo Deo ad  
communem omnī salu-  
tem proposita sunt, ijs  
piè & religiose vñatur:  
quod futurum est, si di-  
ligenter expendant,  
Tum, per ea immensas illas Dominicæ Passionis diui-  
tias ad nos deriuari.

Primum, à Domino Saluatore nostro, à quo nihil nisi p-  
fectissimum proficii potest, instituta esse.  
Prætereà, cùm administrantur, Spiritus sancti, intima  
cordis nostri permeantis, efficacissimum numen præ-  
stò esse.  
Deinde, admirabili & certa curandarum animarū vir-  
tute prædicta esse.  
Tum, per ea immensas illas Dominicæ Passionis diui-  
tias ad nos deriuari.

Postremò verò considerandum etià illud est, totum Christianum edificium firmis-  
fimo quidē lapidis angularis fundamento inniti: verū nisi verbi Dei prædicatione,  
& Sacramentorum vsu vndique fulciatur, magnopè verendum esse, nè magna ex-  
parte labefactatum concidat. Ut enim per Sacra menta in vitam suscipimus, ità hoc  
veluti pabulo alimur, conseruamur, augemur.

## REGVLA.

Omnibus Sacramentis hoc commune est, ut per illa virtus Passionis Christi Domini com-  
municetur.

DE BA-

**DE BAPTISMI SACRAMENTO, AC PRI-**  
mū de vera huius Mysterij significatione.

TABVLA 35.

Etsi in sacris literis non solum eam ablutionem, quæ cum Sacramento con-  
iuncta est, sed etià omne ablutionis genus, quod aliquando ad passio-  
nem translatum est, significat:

Tamen apud Ecclesie scriptores, non quanvis corporis ablutionem decla-  
rat, sed eam, quæ cum Sacramento coniungitur, nec sine prescripta ver-  
borum forma ministratur: qua quidem significatione Apostoli ex Christi  
Domini instruuto frequentissime vñiunt.

Ex ipsius vocis si- gnificati- one, quam Græcam esse nemo ignorat: Porro	Alia quoq; nomina ad eādem rem significandā S. Patres vñsurārūt. Nam Di- uus	Augusti- nus Chryso- stomus Appel- lavit bapti- smum Diony- sius	Sacramentum fidei, quòd illud susci- pientes, vniuersam Christianæ reli- gionis fidem profiteantur. Expurgationem, veteris vi- delicet fermenti. Sepulturam, Christi Plantationem, Crucem.
---	---	---	---

Principium sanctissimorum manda-  
torū, q; velut ianua sit, qua in Chri-  
stianæ vita & societatem ingredimur.

Alij, quia fide corda nostra illuminantur, quam in baptismo profitemur,  
hoc Sacramētum illuminationem vocāunt. nam & Apostolus ita inquit  
ad Heb. 10. Rememoramini præstos dies, in quibus illuminati, magnū  
certamen sustinuerūt passionum, tempus nimirūm quo baptizati erant, si-  
gnificans.

Definitione rei. Etsi verò multæ ex sacris scriptoribus afferri possunt, illa tamen aptior  
& commodior esse videtur, quam ex verbis Domini apud Ioannem, & Apostoli ad  
Ephesios, licet intelligere. Nam cùm Saluator dicat, Nisi quis renatus fuerit ex aqua  
& spiritu, non potest introire in regnum Dei: Et Apostolus, cùm de Ecclesia loque-  
retur, Mundas eam lauacro aquæ in verbo: ita fit, ut recte & appositè definiatur, Ba-  
ptismum esse Sacramentum regenerationis per aquam in verbo. Vnde sentiendum est,  
hoc Sacramentum confici ablutione, cui ex Domini Salvatoris instituto certa & so-  
lennia verba necessario adhibentur, quemadmodum semper sancti Patres docuerunt,  
quod apertissime illo D. Augustini testimonio demonstratur: Accedit verbum ad ele-  
mentum, & fit Sacramentum.

Declaratione materiæ & formæ, quæ in sequentibus continentur tabulis.

C 4 DE MA-

PARTITIONES CATE.  
DE MATERIA BAPTISMI.

TABVLA 36.

MATERIA, SIVE ELEMENTUM HUIUS SACRAMENTI, est omne naturalis aquæ genus, siue ea maris sit, siue fluuij, siue paludis, siue putei aut fontis, que sine vlla adiunctione aqua dici solet. Quantum verò baptismi naturæ & virtuti cōsentaneum fuerit, ut eius propria materia aqua institueretur, ex his potest animaduerti:

Quoniam hoc sacramentum omnibus, sine vlla exceptione, ad consequendam vitam necessarium erat, idcirco aquæ materia, quæ nunq non præstò est, atq ab omnibus facile parari potest, maxime idonea est. Deinde aqua effectum baptismi maximè significat: vt enim aqua sordes abluit, ita etiam baptismi vim atque efficientiam, quo peccatorum maculae eliduntur, optimè demonstrat. Accedit illud, quod quemadmodum aqua refrigerandis corporibus aptissima est, sic baptismo cupidatum ardor magna ex parte refingitur.

## DE BAPTISMI FORMA.

TABVLA 37.

Ego te baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti.  
Forma hæc est:  
Apud Græcos hæc: Baptizatur seruus Christi in nomine Patris,  
Et filii,  
Et Spiritus S.

BAPTISMI

Modus est triplex. Nā q. hoc sacra mēto initia ri debet, vel  
In aquā merguntur,  
Aqua in eos infundiatur,  
Ad persioe aquæ tinguuntur.  
Ex his aut ritibus q cūque ser uetur,

Baptismum verè perfici credendum est.  
Aqua enim in baptismo adhibetur, ad significandam animæ ablutionem quam efficit. Quarè baptismum ab apostolo lauacrum appellatur, ad Ephes. 5.

Duo di versi sunt tem pora:

Alterum, cum Saluator eum instituit, tunc enim à Domino hoc sacramentum institutum esse perficitur, cum ipse à Iohanne baptizatus, sanctificandi virtutē aquæ tribuit. Testatur enim sancti Gregorius Nazianzenus & Augustinus, eo tempore aquæ vim generandi, in spiritualem scilicet vitam, datam esse.

Alterum, cum lex de eo suscipiendo sancta est. Nam inter sacros scriptores conuenit, post Domini resurrectionem, cum Apostolis præcepit. Euntes docete omnes gentes &c. ex eo tempore omnes homines, qui salutem aeternam consecuturi erant, lege de baptismo teneri cœpisse.

QVI

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

## QVI PROPRII SINT MINISTRI

Baptisi.

TABVLA 38.

Ac in primo quidē Episcopi & Sacerdotes collocandi sunt, quibus datū est, ut iure suo, non extraordinaria aliqua potestate, hoc munus exerceant. Secundum ministeriorum locū obtinent Diaconi, quibus sine Episcopi aut Sacerdotis concessu, non licere hoc Sacramentum administrare, plurima sanctorum Patrum Decreta testantur. Extremus ordo illorum est, qui cogēte necessitate Iaici, Fœminis, Iudeis, Infidelibus, Hæreticis, Id efficere eis sine solennibus cæremonijs baptizare possunt: Si appositiū fuerit, nam hoc munus, cum necessitas cogit, permisum est etiam

Mulier, si mares adiuntur.

Non tamē Laicus item præbaptizare clericō.

Tum clericus coram Sa-cerdote,

Causa, cur ad baptismū præter Sacramenti ministros adiungeretur, hæc est: Ut enim in luce editi, nutritio & pædagogo indiget; ita etiam necessè est, ut qui ex baptismi fonte Spiritualem vitam vivere incipiunt, alicuius fidei & prudentiae cōmittantur, à quo ad omnē pietatis rationē institui possint.

HIS MINISTRIS ex vetustissima Ecclesiæ consuetudine adhiberi solet Patrini, qui olim suscepentes, sponsores, seu fidei suffores communi vocabulo à rerum diuinariū scriptorib. vocabatur. In quibus considerantur hæc:

Officium, quod est, ut spirituales filios perpetuò commendatos habeant, atq. in ijs quæ ad Christianæ vitæ institutionem pertinent, curent diligentè, ut illi tales se in omni vita præbeant, quales eos futuros esse solenni cæremonia spondērunt. Admonebunt autem eos ex sententia D. Augustini, ut Castitatem custodiant, Iustitiam diligant, Charitatem teneant. Et ante omnia, Symbolū & orationem Dominicam eos doceant.

Numerus: Plures enim nè baptizatū de baptismo suscipiant, sed ut unus tantum siue vir, siue mulier, vel ad summū unus & una, Tridentino Concilio statutum est.

Qui Patrini adscisci debeant vel non: Præter parentes enim, quibus non licet eam curationem suscipere, hæretici in primis, Iudei & infideles, ab hoc munere omnino prohibendi sunt: ut qui in ea cogitatione & cura semper versentur, ut fidei veritatem mendacijs obscurent.

DE BA-

PARTITIONES CATE-  
DE BAPTIZANDO EX QVALITATE ET  
differentia: & primum de baptizandis adultis.

TABVLA 39.

BAPTIZAN-  
tur Adulti, perfe-  
ctum iam rationis  
vsum habentes, qui  
scilicet ab infidel-  
bus oriuntur. Atq;  
hi quidem

Ad certum tempus	Primum ad fidem Christianam suscipiendam cohortandi, alliciendi, iniuriandi sunt.
	Admonendi præterea sunt, nè ultra tempus ab Ecclesia prescriptum, baptismi Sacramentum differant. Nam
	Quo serius ad baptismum veniunt, eo diutiùs sibi carentum esse ceterorum sacramentorum ysu & gratia.
	Deinde etiam maximo fructu priuari, quem ex baptismo percipimus.
Differen- di sunt, tribus de- causis:	Primo, quoniam ab Ecclesia diligentè prouidendum est, nè quis ad hoc Sacramentum factò animo accedit, voluntas eorum qui baptismū petunt, magis exploratur atque perspicitur.
	Deinde, in fidei doctrina, quam profiteri debet, & Christianæ vitæ institutionibus erudiuntur perfectius.
Non diffe- rendi, si	Præterea maior religionis cultus Sacramento tribuitur, si constitutus tantum Paschæ & Pentecostes diebus, solenni ceremonia baptismum suscipiant.
	Vitæ periculum inflare videatur.
Ac præsertim si illi abluendi sunt, qui iam fidei mysteria plene perceperint.	Ac præsertim si illi abluendi sunt, qui iam fidei mysteria plene perceperint.

## DE BAPTISMO PARVULORVM.

TABVLA 40.

ETIAM PV- eros infantes bapti- zandos esse, idq; ab apostolica traditio- ne Ecclesiam acce- pisse, communis pa- trum sententia & authoritas confir- mat. Nam	Primò credendum est, noluisse Christum Dominum baptismi Sacramentum, & gratiam pueris denegari, de quibus dicebat: Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium enim regnum cœlorum. Matth.19. Mar.10.
	Præterea, cùm legimus totam aliquam familiam à Paulo baptizatam esse, sat is apparet, pueros etiam, qui in illorum numero erant, salutari fonte ablutos esse. Cor.1.
	Deinde circuncisio, quæ figura fuit baptismi, eum morem maximè commendat. Pueros enim octauo die circuncidi solitos, nemo est qui ignoret.
	Postremò, cùm per Adæ peccatum pueri ex origine noxam contraxerint: multò magis per Christum Dominum possunt gratiam & iustitiam consequi, vt regenerentur in vitam: quod quidem sine baptismo fieri nullo modo potest.

## REGVLA.

Neque enim dubitare licet, quin fidei Sacraenta, cùm abluuntur, accipiunt, non quia mentis suæ assensione credant: sed quia parentum fide, si parentes fidèles fuerint: sin minùs, fide (vt D. Augustini verbis loquamus) vniuersæ societatis Sanctorum muniuntur.

BAPTI-

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

## BAPTIZANDOS VT AFFECTOS ESSE

oporeat.

TABVLA 41.

Ut velint, propositumq; il-  
lis sit, baptismū suscipere.  
Neque vero in pueris quo-  
quæ infantibus eam volun-  
tatem deesse existimadum  
est, cùm Ecclesiæ volun-  
tas, quæ pro illis spendet,  
obscura esse non possit. Vbi  
notandum est, amentes &  
furiosos,

Præterea fides etiam, ad consequendam Sacramenti gratiam maximè necessaria  
est, iuxta illud: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Marc.16.  
Deinde, vt quemlibet admissorum scelerum & male actæ vitæ pœnitentia, atque ut  
idem in posterum à peccatis omnibus abstineret statuat, opus est.

## DE EXIMIIS BAPTISMI FRVCTIBVS.

TABVLA 42.

Effectus Baptismi sunt saluberrimi, ijdemque complures.

## PRIMVS.

Ac primum baptismi proprius effectus, est peccatorum omnium, siue originis vitio, siue nostra culpa contrafacta sint, remissio, cuius rei causa à Domino & salvatore nostro institutum esse, clarissimis verbis Apostolorum princeps, vt alia testimonia omittamus, explicavit, cum inquit: Pœnitentia agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum, Act.2. Nam & si in baptizatis concupiscentia, vel fomes remaneat: illa tamen vere peccati rationem non habet, sed manet tantum infirmitas: reatus autem concupiscentie in baptismate soluitur.

## SECUNDVS.

Iam vero, in baptismo non solum peccata remittuntur, sed peccatorum etiam & scelerum pœnae omnes à Deo benignè condonantur. Excepto tamen eo pœnarum genere, quæ ciuilibus iudicijis ob græve aliquod scelus persoluendæ sunt, à quibus per baptismum nemo liberatur.

## TERTIVS.

TAB. 43.

Efficit præterea baptismus post huius vita curriculum, pœnaru omnium, quæ originale peccatum consequuntur, liberationem: Si quidem merito mortis Domini factum est, vt hæc consequi possemus. Quod si querat aliquis, cur statim post baptismum, & in hac vita ad eum nō restituamur gradū, in quo Adam fuerat collocatus: id quidē duabus potissimum de causis factum esse responderebitur: quarum

Prima est, quod nobis, qui per baptismum Christi corpori coniuncti, atque eius membra effecti sumus, plus aliquid dignitas tribuendum non erat, quæ ipse capiti nostro tributum esset.

Altera vero illa est, vt scilicet tanquam segetem & materiam virtutis haberemus, ex qua deinde ubiorem gloriae fructum, atque ampliora præmia consequeremur.

Huc accedit, quod si per baptismum, præter dona cœlestia, quibus anima ornatur, corporis etiam bona tribuerentur, dubitari meritò posset, quin multi, præsentis potius vitæ comoda, quæ futuræ speratam gloriam consecstantes, ad baptismum venirent.

## QUARTVS.

Neg. solum à malis, quæ verè maxima dicenda sunt, huic sacramenti virtute liberamur, verum etiā eximijs bonis & muneribus augemur. Animus enim noster diuina gratia repletur, qua iusti & filii Dei effecti, eternæ quoq; salutis hæredes instituimur. Est autem gratia, non solum per quā peccatorū fit remissio, sed diuina qualitas in anima inhærens, ac veluti splendor quidam & lux, q; animarū nostrarū maculas omnes delet, ipsasq; animas pulchriores & splendidiores reddit: Huius autem additur nobilissimus omnium virtutum comitatus, quæ in animam cum gratia diuinitus infunduntur.

QVIN-

## PARTITIONES CATE-

## QVINTVS.

*Ad hæc per baptismum etiam Christo capiti tanq; membra copulamur & cōnectimur, ex cuius plenitudine in omnes, qui iustificantur, diuina virtus & gratia diffunditur.*

## SEXTVS.

*Tum etiam per baptismum consignamur charactere, qui ex animo deleri nunquam potest: ex cuius vi & natura ab Ecclesia definitum est, baptismi Sacramentum nulla ratione iterandum esse. Vnus enim Dominus, una fides, vnum baptismus. Neque vero quisquam putet, eum ab Ecclesia iterari, cum, adhibita huiusmodi verborum formula, aliquem abluit, de quo incertum est, an baptizatus prius fuerit: Si baptizatus es, te iterum non baptizo: Si vero nondum baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti. ita enim non impie iterari, sed sancte cum adiunctione baptismum administrari dicendum est. At tamen ea baptismi forma in illis tantum permittitur, de quibus, re diligentè perquisita, dubium relinquitur, an baptismum rite suscepserint.*

## SEPTIMVS.

*Præterea vero, que ex baptismio consequimur, illud veluti extreum est, quod reliqua omnia videntur referri, quod scilicet celi aditum, propter peccatum prius interclusum, vnicuique nostrum patet.*

*Hæc autem, que in nobis baptismi virtute efficiuntur, ex ipsis plane intelligi possunt, que in Salvatoris baptismio contigerunt. Ut enim in illo celi aperti sunt, & Spiritus sanctus columbae specie in Christum Dominum descendens apparuit, ita eis qui baptizantur, diuini numinis charismata impartiuntur, & celorum ianuare referuntur: non quidem, ut simul atque baptizati sunt, sed ut magis opportuno tempore ingrediantur in illam gloriam, cum omnium misericordiarum expertes, que in beatam vitam cadere non possunt, pro mortali conditione immortalitatem assequentur.*

## EPILOGVS.

Atque hi quidem sunt baptismi fructus, quos, si quidem Sacramenti vim spectemus, & quæ ad omnes pertinere dubitari non potest: sin autem quo quisque animo affectus ad illum suscipiendo accesserit, consideremus, plus minusve celestis gratiae & fructus ad vnum aliquem, quam ad alium, peruenire, omnino fateri oportet.

## DE SOLENNIBVS SACRI BAPTISMATIS

cæremonijs, & primùm de ipsis, que ante baptismū adhiberi solent.

TABVL A 44.

OMNES  
eæ cæremo-  
niæ & pre-  
cationes ad  
tria capita  
redigendæ  
sunt. Ac pri-  
mum quidē  
illarū genus  
est, que an-  
tequam ac-  
cedatur ad  
baptismi fô-  
tem, seruan-  
tur. Igitur

*In primis aqua paranda est, qua ad baptismum vti oportet. Consecratur enim baptisimi fons addito mysticæunctionis oleo: neque id omni tempore, sed certis quibusdam diebus. Afferuntur, vel etiam adducuntur, qui baptismi initiandi sunt, ad ecclesie fores, quod indignisunt, qui domum Dei, antequam Christo se addixerint, ingrediatur. Tum vero sacerdos ab eis exquirit, quidnam ab Ecclesia petant. Quo cognito, primùm eos Christianæ fidei doctrina, quam in baptismio profiteri debent, instituit, id autem catechismo efficitur. Si is qui instituitur, adulta aetate fuerit, ad ea, que rogantur, ipse per se respondet: si autem infans sit, pro illo sponsoriter respondet, solennemq; sponsorshipem facit. Seguitur exorcismus, qui ad expellendum diabolum, eiusq; vires frangendas, & debilitandas, sacræ & religiosis verbis ac preceptionibus conficitur. Sal in illius os, qui ad baptismum adducendus est, inferitur, quo significatur, eum fidei doctrina & gratiae dono consecuturum esse, ut a peccatorum pueridine liberetur, saporemq; bonorum operum percipiat, & diuinæ sapientiæ pabulo delectetur. Obsignantur præterea signo crucis frons, oculi, pectus, humeri, aures, que omnia declarant, baptismi mysterio sensus baptizati aperiri ac roborari, ut Deum excipere, præceptaque eius intelligere ac seruare possit. Postea vero illi nares & aures salvia liniuntur, statimq; ad baptismi fontem mittitur, quo intelligamus, sacra ablutionis eam vim esse, vt menti ad cœlestem veritatem perspiciem lumen afferat.*

DE CÆ-

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

DE CAEREMONIIS, QVAE IN IPSO  
seruantur Baptismo.

TABVL A 45.

*Sacerdos enim tèr conceptis verbis eum, qui baptizandus est, interrogat: Abrenuncias satanae, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius? at ille, aut eius nomine Patrinus, ad singulas interrogationes respondet, Abrenuncio.*

*Deinde ad ipsum baptismi fontem consistens, interrogatur à Sacerdote, hoc modo: Credis in Deum Patrem omnipotentem? cui ille respondet, Credo. Atque ita deinceps de reliquis Symboli articulis rogatus, fidem suā solenni religione profitetur.*

*Sed cum iam baptismum administrare oportet, querit Sacerdos ab eo, qui baptizandus est, num baptizari velit: quo quidem per se, vel eius nomine, si infans sit, Patrino annuente, statim in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, salutari aqua eum abluit. Quia in re illud præcipue monere oportet, non quamlibet corporis partem, sed potissimum caput, in quo omnes tum interiores, tum externi sensus vigent, ablendum: simulque ab eo, qui baptizat, non ante aut post ablutionem verba Sacramenti, que formam continent, sed eodem tempore, quo ablutione ipsa peragitur, pronuncianda esse.*

ALTERVM GENVS EA-  
RUM EST CÆREMONIARUM, QUE, CUM AD  
IPSUM FONTEM VENIUNT EST, ADHIBEN-  
TUR: EX QUIBUS CHRISTIANÆ RELIGIONIS  
SUMMAM LICET COGNOSCERE.

## DE IIS CAEREMONIIS, QVIBVS EC-

clesia Catholica peracto vtitur baptismate.

TABVL A 46.

*Primum Sacerdos summum baptizati vertice Christi perungit, vt intelligat se ab eo die Christo capiti tanquam membrum coniunctum esse, atq; eius corpori insitum, & eare Christianum à Christo, Christum vero à Christate appellari.*

*Induit postea baptizatum veste alba, quo Resurrectionis gloriam, ad quam per baptismum nascimur. Nitorem & pulchritudinem, qua, dilutis peccatorum maculis, animam in baptismio ornatur. Innocentiam atq; integratem, quam in omni vita baptizatus seruare debet.*

TERTIVM VERO CÆ-  
REMONIARUM GENUS EST EARUM, QUE, PER  
ACTO IAM BAPTISMO, ADDI SOLENT: Post  
QUAM ENIM BAPTISMUS ABSOLUTUS EST,

*Et deinde cereus ardens in manum traditur, qui ostendit, fidem charitate inflamat, quam in baptismio accepit, bonorum operum studio alendam atque augendam esse. Ad extremum vero, nomine baptizato imponitur, quod quidem ab aliquo sumendum est, qui propter excellētē animi pietatem & religionem, in sanctorum numerū relatus est.*

D DE CON-

# DE CONFIRMATIO-

## NIS SACRAMENTO, AC PRIMVM DE MYSTERII HVIVS NATVRA.

TABVLA 47.

*Non ab eo, vt quidam non minus imperitè, quam impie, finixerunt, quod olim qui infantes baptizati erant, cum iam adulti essent, ad Episcopū adducebantur, vt fidem Christianam quam in baptismo suscepérant, confirmarent, ita vt Confirmatio nibil à catechesi differre videatur, cuius consuetudinis nullum probatum testimonium afferri potest:*

*Sed ab eo nomen rei impositum est, quod huius Sacramenti virtute, Deus in nobis id confirmat, quod baptismo operari cœpit, nosq; ad Christianæ soliditatis perfectionem adducit: nec verò confirmat solum, sed auget etiam.*

*Qui baptizatus est, cum ab Episcopo sacro chrismate vngitur, additis solennibus verbis &c. nisi aliud Sacramenti efficientiam impedit, nouæ virtutis robore firmior, atq; adeo perfectius Christi miles esse incipit.*

Dicitur	In confirmatio-	Melchiades,	Ex	Materia,
	ne veram & p-	Clemens,	tri-	qui Chri-
Idecir-	priā sacramenti	Vrbanius,	bus	isma ap-
cō vo-	ratiōē Catholi	Fabiānus,	signati estis. Ephē. 4.	pellatur:
catur,	ca Ecclesia semp	Eusebius,	Sicut vnguentū in capite, quod descendit in barbam, barba Aarō. Psal. 132.	Quo no-
quo-	agnonit, quod complures sanctissimi declarat vi-	Dionys. Areo.	seri	mine.
niam	ri, in qbus sunt	Euseb. Cesar.	ptu	Illi tamen, qui res di-
		Ambrosius,	ræ	uinas tradunt, ipsum
		Augustinus.	locis	cōmuni loquendi con-
				suetudine, ad illud tā-
				tummodo vnguentum
				accommadārūt, quod
				solenni Episcopi con-
				secratioē conficitur ex

CON-	Differt à baptismo. Constat enim varietate gratiae quā singula Sacramenta tribuunt, et rei sensibus subiectae, quae ipsam gratiā significat, efficere, vt varia quoquā et diuersa Sacramenta sint.	1 In baptismate homo ad militiam recipitur, Et in confirmatione coarmatur ad pugnam.
firmatio	Vtriusq; discrimen Militia des pontifex ita describit:	2 In fonte baptismatis Spiritus sanctus plenitudinem tribuit ad innocentiam:
		3 Confirmationē autē perfectionē ad gratiā ministrat.
		4 In baptismate regeneramur ad vitam,
		5 Post baptismum ad pugnam confirmamur.
		6 In baptismate abluiimur,
		7 Regeneratio per se saluat in pace baptismum recipientes:
		8 Confirmatio armat atq; instruit ad agones.
		9 Quātum in naturali vita generatio ab incre-
		10 In raento distat,
		11 Tantum baptism⁹, q̄ regenerādi v̄i habet:
		12 ma, inter se Et confirmatione, cuius virtute fi-
		13 differunt deles augeſcunt, & perfectū animi
		14 Originem Primū sic allocutus est Apostolos robur assumunt.
		15 duxit ab suis, Sedete in ciuitate, quo adūq; induamini virtute ex alto.
		16 ipso Christo: Qui Deinde, Spiritus sanctus in die Pentecostes in corda effudit discipulorū.
		17 Quam admirabilem effusionem describit S. Lucas 2. Acto, capite.
		18 Non quidem ad salutis necessitatē, vt sine ea saluus quis esse non posset: sed vt eius virtute optime instruci & parati inueniremur, cum nobis p̄ Christi fide pugnandum esset.
		19 Anemine tamen prætermitti debet, sed potius maximē caendum est, ne in re sanctitatis plena, per quam nobis diuina munera tam largè imperiuntur, aliqua negligētia committatur.

DE SA-

## DE SACRAMENTI HVIVS PARTIBVS.

TABVLA 48.

*A Græcis accepto, & profani scriptores quodlibet vnguenti genus significant:*

*Oleo, quod cùm pingue sit, & natura sua diminet ac diffusat, gratiæ plenitudinem exprimit, quæ per spiritum sanctum à Christo capite in alios redundat atq; effunditur. Vnxit enim eū Deus oleo latitiae p̄cōfōrtibus suis. Psal. 44. ac de plenitudine eius nos omnes accepimus. Ioan. I.*

*Et Balsamo, cuius odoratis cùm sit iucundissimus, quid aliud significat, quām fideles, cū Sacramento confirmationis perficiuntur, eam virtutum omnium suavitatem effundere, vt illud Apostoli queant dicere: Christi bonus odor sumus Deo? 2. Cor. 2.*

*Diuina potestas, quæ vt principalis causa in Sacramēto operatur, in verb. In nomine patris, & Filij, & Spiritus sancti. Robur animi & spiritus, quod per sacrā vocationem fidelibus ad salutem tribuitur. In verb. Confirmare Christi salutis. Signum, quo notatur is, qui in certamen Christianæ militiae descensurus es. In verb. Signo te signo crucis.*

PARTES  
huius Sa-  
cramenti  
sunt

Materia,  
qua Chri-  
stma ap-  
pellatur:  
Quo no-  
mine.

Forma,  
qua ab-  
solutur  
his

In Cōfir-  
mandorū

Retate illud obseruādum est, omnibus quidem post baptismum confirmationem posse administrari, sed minus tamen expedire hoc fieri, antequā pueri rationis usum habuerint. Quarē si duodecimus annus non expectandus videatur, usque ad septimum certè hoc Sacramentum differre, maxime cōuenit, quod pueri, qui adhuc usuationis carent, apti non sint ad eam pugnam, quæ profide Christi suscipienda est.

Ex his verò efficitur, vt qui Non solum fidem & pie- Vnde laudabilis olim adulta iam etate confirmandi tatem afferre, fuit ecclesiæ consuetudo, qui non nisi ieumi sunt, siquidē huius Sacra- Sed grauora etiā pecca- do, vt non nisi ieumi ti gratiā & dona consequi cu- ti, que admiserunt, ex hoc Sacramentum fu- biant, eos sciperent.

Huius Sa-  
cramēti mi-  
nister

Solus est Episcopus, quem eius conficiendi ordinariam potestatem habere ostendunt

Testimonia clarissima sanctorum Patrum atque Pontificum, Patrinus etiā, vt in baptismo fieri demonstratum est, in hoc Sacramento adhiberi solet.

Sacra litera. Acto. 8. Vrbani, Eusebij, Damasi, Innocentij, Leonis, Augustini.

D 2 DE CON-

## DE CONFIRMATIONIS EFFECTIBVS.

TABVLA 49.

Primum, Confirmationis hoc cum ceteris Sacramentis commune habet, ut nisi impedimentum aliquod inferatur, nouam gratiam tribuat: ex quo sequitur, ut peccata etiam condonet ac remittat: Quoniam gratiam simul cum peccato ne fingere quidem nobis licet.

Sed praeter haec, quae cum alijs communia censenda sunt, primum quidem illud propriè confirmationi tribuitur, quod baptismi gratiam perficit. Qui enim per baptismum Christiani effecti sunt, quasi infantes modo geniti, teneritatem adhuc & mollitatem quandam habent: ac deinde Chrismati Sacramento aduersus omnes carnis, mundi & diaboli impetus robustiores fiant: & eorum animus in fide omnino confirmatur, ad confundendum & glorificandum nomen Domini nostri Iesu Christi: ex quo etiam nomen ipsum invenimus esse, nemo dubitat.

Habet præterea Confirmationis eam vim, ut characterem imprimat: quo sit, ut nulla vngratione iterari possit: quod etiam in baptismō suprà obseruatum est, ac de Sacramento Ordinis quoque suo loco planius exponetur.

**CONFIRMA-**  
tionis effectus pre-  
cipui numerantur  
tres;

## DE SACRAMENTI HVIVS RITIBVS

&amp; cæremonijs. TABVLA 50.

**RESTAT**  
nunc, ut aliqua  
etia de ritibus  
& cæremonijs,  
quibus in hoc  
Sacramento ad-  
ministrando Ca-  
tholica Ecclesia  
vit, breviter  
perstringantur.  
Qui igitur con-  
firmatur, sacro  
Chrismate

In fronte vnguntur. Nam hoc Sacramento Spiritus sanctus in animos fideliū sese infundit, in eisque robur & fortitudinem auget, ut in spirituali certamine viriliter pugnare, & nequisimis hostibus resistere queant. Sed illud quoque solenni religione in Ecclesia Dei seruatum est, ut in Pentecoste præcipue hoc Sacramentum administraretur, quod hoc maximè die Apostoli, Spiritus sancti virtute roborati & confirmatis: cuius diuinis factis recordatione fideles admonerentur, quæ quantaque mysteria in sacra vngione cogitanda essent. Deinde vero, qui vnguis & confirmatus est, ut meminerit se tanquam fortem atletam paratum esse oportere, ad omnia aduersa invicto animo pro Christi nomine ferenda, manu leviter in maxilla ab Episcopo cæditur. Postremò autem Pax ei datur, ut intelligat se gratia cœlestis plenitudinem & pacem, quæ exuperat omnem sensum, consecutum esse.

DE EVCHARISTIAE  
SACRAMENTO, ET PRIMVM CVR

sit instituta Eucharistia. TABVLA 51.

**EVCHA-**  
ristia duabus  
de causis à  
Christo insti-  
tuta est:

Altera est, ut cœlestis animæ nostræ alimentum esset, quo vitam spiritualem tueri & conservare possemus. Altera, ut Ecclesia perpetuum sacrificium haberet, quo peccata nostra expiatur. Etenim hoc Sacramentum non solum thesaurus est cœlestium diuinarum, quo si bene utamur, Dei gratiam nobis conciliamus & amorem: sed in eo præcipua quædam ratio inest, quæ ei pro immensis in nos collatis beneficijs aliquam gratiam referre possumus.

DE VA-

## DE VARIIS HVIVS SACRAMENTI NOMI-

nibus, &amp; alijs quibusdam.

TABVLA 52.

Vitam æternam, de qua ad Ro. 6. scriptū est, Gratia dei vita æterna, p̄ significat. Christum Dominum, qui vera gratia atque omnium charismatum fons est, in tū quia se continet.

Eucharistia, quod verbum Latinē redere possumus, vel Gratiarum actionem. siquidem cùm hanc hostiam immolamus, immensas quotidie gratias pro viuēsis in nos beneficijs Deo agimus.

Sacrificium: de quo mysterio paulo post latius dicendum erit.

Communio: quod verbum ex illo Apostoli loco sumptū esse liquet, ubi ait: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cōmunicatio sanguinis Christi est? & panis quæ frangimus, nonne participatio corporis Domini est? 1. Cor. 10.

Sacramentum pacis & charitatis: quo nihil nos studiosius seruare, quam pacem & charitatem profitemur.

Spiritualis cibus est, quo in huius vita peregrinatione sustentamur:

Viam nobis ad æternam gloriam & felicitatem munit.

Cœna, quod in illo nouissime cœnæ salutari mysterio à Christo Domino sic instituta.

Infinitis penè sacrorum scriptorum testimonij.

Inter septem verò Sacra- menta numerandū esse, conuincitur

Ex ipsa ratione & natu- ralitate sacramenti.

Præterea de Christi institutione, neq; euangelistæ, neq; Apostolus dubitandi locū relinquent, Mattb. 26. Mar. 14. Luc. 22.

Que omnia cùm in vnu conueniāt ad Sacramen- veritatem con- firmandam, nul- lis alijs argumen- tis opus est profficitur.

Constat duobus, Visibili scilicet elementorum specie, Et in ui- Carne & Ipsius Domini nostri Iesu Christi.

sibili Sanguine Augustinus.

Cetera Sacramenta materiae vñ perficiuntur, dum scilicet alicui administrari ea contingit: At verò ad Eucharistie perfectionem satis est ipsius materiæ consecratio: utrumq; enim Sacramentum esse non definit, quan- uis in pyxide afferuetur.

Deinde in conficiendis alijs Sacramentis, nulla fit materia atq; elementi in aliam naturam mutatio: In Eucharistia verò, quod panis & vinum ante consecrationem erat, confecta consecratione, verè est corporis & sanguinis Domini substancia.

Denique Eucharistia fonti, cetera riuiulis comparantur.

Primum est, Christi Domini Passio, quæ iam præteriit.

Alterum est, diuina & cœlestis gratia, quæ præsens ad animam alendam & conseruandam hoc Sacramento tribuitur.

Tertium est, quod futurum prænūciat, eternæ iocunditatis & gloriae fru- elus, quem in cœlesti Patria ex Dei promissione capiemus.

D 3 QVÆ

## PARTITIONES CATE-

## QVAE SACRAMENTI HVIVS SIT MATERIA.

TABVLA 53.

*Ex tritico confectus: communi enim loquendi cōsuetudine, cū panis absolute dicitur, panem ex tritico intelligi satis constat. Sicut in veteri praeceptum fuerat testamento, vt panes propositionis, qui hoc Sacramentum significabant, ex simila conficerentur.*

Altera,  
Panis

*Azymus. Christus enim ipse primo azymorum die, quo nihil fermentati domi habere Iudeis licebat, hoc Sacramētum confecit atque instituit.*

*Negatamē ea qualitas adeo necessaria existimāda est, vt, si illa pani desit, sacramentum confici non posset: verunque enim panis genus, veram & propriam panis rationem & nomen habet: quanq̄ nemini licet priuata authoritate, vel potius temeritate, laudabile Ecclesiae suae ritum immutare: atq; eo minus id facere Latinis sacerdotibus permisum est, quibus prætereà pontifices maximi præceperūt, vt ex azymo tantum Sacra mysteria conficerent.*

*Quād multa autem materia ad Sacramentum conficiendum vi oporteat, definitum non est: cū illorum etiam certus numerus definiri nequeat, qui aut possint, aut deheant sacramētū percepere.*

EST  
itaque  
duplex  
Sacra-  
menti  
huiusMate-  
ria:Altera, vi-  
nū ex vi-  
tis fructu  
expressū,  
cui modi-  
cum aquae  
permisū  
sit. Nam

*Dominum Saluatorem vino in huius Sacramenti institutiōe vñsum esse, Catholica Ecclēsia semper docuit, cū ipse dixerit, Non bibam a modo de hoc genuinū vītis, vñque in diem illum. Matth.26. Marc.14.*

*Primum, quod id à Christo Dño factum esse, Conciliorum authōritate, & S. Cypriani testimonio comprobatur.*

*Aqua Dei Ecclesia vino semper admi-  
scit. Nam*

*Tum verò aquæ, vt in Apoca-  
lypsi legimus, populu designant:  
quare aqua vino admista, fidelis  
populi cum Christo capite con-  
iunctionem significat.*

*De hac aut mi-  
stione  
co-  
fide-  
rā-  
dæ  
sūt  
re-  
gule.*

*Quanq̄ aque admissandæ ita  
graues rationes sint, vt eam si-  
ne mortali peccato prætermit-  
tere non licet: ea tamē si desit,  
sacramētū constare potest.*

*Moderā aquā infundendā  
esse. Nā Ecclesiasticorū scripto-  
rū sentētia & iudicio, aqua il-  
la in vinum conuertitur.*

*Deniq̄ pluribus Decretis  
sanctum est, nè quid aliud  
præter panem & vinum, of-  
ferre liceat.*

H AE C  
duo Sym-  
bola

## QVID HAEC DVO PANIS ET VINI

Symbola significant.

TABVLA 54.

*Primum Christum nobis significant, vt vera est hominum vita. ipse enim Dominus ait, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Ioan.6.*

*Non nihil etiam hæc ipsa elementa ad id valent, vt eam cognitionem accipiant homines, esse in Sacramento corporis & sanguinis Domini veritatem.*

*Affert etiam aliquid adiumentū hæc admirabilis elementorum mutatio ad adumbrandum quod fit in anima. Vt enim & si nulla extrinsecus panis & vini mutatio apparet, tamen eorum substantia in carnem & sanguinem Christi verè transit: ita etiam tametsi in nobis nihil immutatum videatur, interius tamen ad vitam renouamur, dum veram vitam Eucharistie sacramento accipimus.*

*Accedit ad hæc, quod cū vnum Ecclesiae corpus ex multis membris compositum sit, nulla rem agis elucet ea coniunctio, quam panis vniq̄ue elementis. Panis enim ex multis granis conficitur, & vinum ex multitudo racemorum existit. atque ita nos cū multi sumus, huius diuini mysterij vinculo arctissimè colligari, & tanquam vnum corpus effici declarant.*

QVAM

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

QVAM APTE SACROSANCTA MYSTERIA  
sub panis & vni specie administrentur.

TABVLA 55.

*Primum sapientissime factum est, vt sanctissimum corpus & sanguis sub earum rerum specie, panis, inquam, & vni, nobis administraretur, quorum quotidiano & communi alimento maximè delectamur.*

SVMM A  
Dei prouidē-  
tia h̄c suspi-  
cienda aenit.  
NamAdiunctæ eti-  
am sunt due  
illæ utilitates,  
quarum

*Prima est, quod ab infidelium calumnia liberati sumus: quas fa-  
cile effugere non possemus, si Dominum sub propria specie come-  
dere videremur.*

*Altera est, quod dum corpus & sanguinem Domini ita su-  
mimus, vt tamen, quod vere fit, sensibus percipi non posset, hoc  
ad fidem in animis nostris augendam, plurimum valet.*

FORMA CONFICIENDAE EVCHARISTIAE  
quæ sit.

TABVLA 56.

FOR-  
ma con-  
secreti-  
onis

*Panis est hæc: Hoc est  
corpus meum.*

*Vini hæc est: Hic est ca-  
lix sanguinis mei, noui et  
æterni testamēti, myste-  
rii fidei, q. p. vobis, & p.  
multis effundetur in re-  
missionem peccatorum.*

*Mat.26. Mar.14. Lk.22.*

*Vt autem  
separatim  
due fiant  
consecre-  
tiones, opti-  
mo iure  
institutū  
est:*

*Mat.26. Mar.14. Lk.22.*

*Primo enim vt paſſio Domini, in qua sanguis  
à corpore diuīsus est, magis referatur: cuius  
rei causa in consecratione sanguinem effusum  
esse meminimus.*

*Deinde maximè consentaneū fuit, vt quo-  
niam sacramēto ad alendam animā, vtendum  
nobis erat, tanquam cibus & potus institue-  
retur, ex quibus perfectum corporis alimen-  
tum constare per spiculum est.*

VSVS HVIVS SA-  
cramenti consistit in

*Præparatione,  
Sumptione,  
Communicandi  
tempore & ritu.*

*Quarum explicatio tribus proximè sequen-  
tibus continetur tabulis.*

## DE PRAEPARATIONE AD SACRAM

Synaxin. TABVLA 57.

PRAE-  
paratio  
alia est

*Ani-  
mi,  
cuius  
quin-  
que  
sunt  
pce-  
pta:*

*Alterum, vt vñusquisque à seipso querat, num pacem cum alijs habeat,  
num proximos verè atque ex animo diligat.*

*Deinde conscientiam nostram scrutari diligentè debemus, nè forte exiti-  
ali aliquo peccato contaminati simus, cuius penitere necesse sit, vt prius con-  
tritionis & confessionis medicamento illud eluatur.*

*Prætereà taciti cum animis nostris cogitemus, quam indigni simus, quibus  
diuinum hoc beneficium à Domino tribuatur.*

*Exquiramus etiam à nobis ip̄s, an illud Petri usurpare nobis liceat: Do-  
mine, tu scis, quia amo te. Ioan.21.*

Corporis. Nam

*Ieiuni ad sacram mensam accedere debemus.  
Postulat etiam tanti Sacramenti dignitas, vt qui matrimonio  
iuncti sunt, aliquot dies à concubitu uxorum abstineant.*

D 4 DE SA-

## PARTITIONES CATE-

DE SALVTARI SACRAE EVCHARISTIAE  
sumptione. TABVLA 58.

TRES EV-  
charistiae sumen-  
dae distinguitur  
rationes. Alij  
enim

Sacramentum tantum accipiunt, ut peccatores, qui sacra mysteria impuro ore & corde accipere non verentur, quos Apostolus ait indignè manducare & bibere corpus Domini.

Spiritu tantummodo Eucharistiam sumere dicuntur: iij sunt, qui desiderio & voto propositum cælestem illum panem comedunt, fide viua incensi, quæ per dilectionem operatur.

Sacramento & spiritu sacram Eucharistiam percipiunt: qui cum ex Apostoli doctrina prius se probauerint, ac vestre nuptiali ornati ad diuinam hanc mensam acceperint, ex Eucharistia capiunt uberrimos fructus.

DE COMMUNICANDI TEMPORE  
& ritu. TABVLA 59.

AD MO-  
nendi sunt  
fideles,  
EXCIPIT A-  
men eos

Omnibus quidem eam legem propositam esse, ut sacram Eucharistiam accipiant.  
Qui nondum rationis usum propter etatis imbecillitatem habent, ut  
infantes.  
Amentibus praeterea, qui tunc à pietatis sensu alieni sunt, Sacra-  
menta dare minime oportet.

VTRVM autem singulis mensibus, vel hebdoma-  
dis, vel dieb. id magis expedit, certa omnibus re-  
gula prescribi non potest. sed certissima est illa B. Au-  
gustini: Sic viue, ut quotidie possis sumere. Olim tñ  
fancitum est, ut fieret hec sumptio ab oībus quotannis

<p>Natali Domini, Resur- rectione, Pētecoſte.</p> <p>Ter:</p> <p>Semel ad minus in Pascha.</p>	<p>Agathēſi pri- mo, &amp; alijs multis.</p> <p>Vt in Con- cilio</p> <p>Lateranēſi ſub Innocētio 3.</p>
--	---

Quod ad communicandi ritum pertinet, Ecclesia lege interdictum est, ne quis sine ipsius Ecclesia  
authoritate, praeter sacerdotes corpus Domini in sacrificio conficiens, sub utraque specie sacram  
Eucharistiam sumat. Quæ consuetudo ab Ecclesia multas ob causas approbata est, porroſimum ad  
conuellendam eorum hæresin, qui negabant sub utraque specie totum Christum esse, sed corpus tan-  
tum exanguem sub panis, Sanguinem autem sub vini specie contineri aſſerebant.

## DE EF-

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

DE EFFECTIBVS ET PRAECIPVIS HVIVS  
Sacramenti fructibus. TABVLA 60.

1. Fons est omnium gratiarum, cum fontem ipsum cæleſtium charis inatum & do-  
norum Christum Dominum in ſe contineat.  
2. Quos uſus corpori panis & vinum ad fert, eos omnes animæ ſaluti & iucundi-  
tati, ac meliori quidem ac perfectiori ratione, Eucharistie sacramentum præbet.  
3. Gratia in animam influit, cum eum pure & ſanctè accipit, qui de ſe ipſo dixit:  
Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.  
Qui enim pietatis & religionis studio affecti hoc Sacramentum sumunt, Christi cor-  
pori tanquam viua membra inſeruntur, ſiquidem scriptum est: Qui manducat me,  
& ipſe viuet propter me. Nec tamen hoc ita intelligendum est, perinde ac neceſſe no-  
fit, ut qui re ipsa hoc sacramentum utiliter percepcurus est, gratiam anteā adeptus  
fuerit. Conſtat enim, quemadmodum mortuis corporibus naturale alimentum nihil  
prodeſt, ita etiam animæ, quæ ſpiritu non viuit, ſacra mysteria non prodeſſe. Non  
enim reuocandæ ad vitam animæ, ſed in vita conſeruandæ cauſa instituta ſunt.

4. Ut corpus cibo naturali non conſeruatur modò, ſed etiam augetur, g��usq;  
nouam quotidie ex eo voluptatem & ſuauitatem percepit: ita etiam ſacra Eucha-  
ristie cibis non ſolum animam ſuſtentat, ſed vires illi addit, efficitq; ut ſpiritus diui-  
narum rerum delectatione magis commoueatur.

5. Remittuntur Eucharistia & condonantur leuiora peccata, quæ venialia dici  
ſolent.

6. Eucharistia nos à criminibus puros & integros, atque à tentationum impetu  
incolumes ſeruat: carnis libidinem cohibet ac reprimit, & concupiſcentiæ ardorem  
reſtinguit.

7. Sacra Eucharistia ſumma viſ est ad æternam gloriam comparandā: & eius  
gratia fideles, dum hanc vitam degunt, ſumma cōſcientiæ pace & tranquillitate per-  
fruuntur: eiusq; virtute recreati, non ſecūs atque Elias, qui ſubcineritij panis forti-  
tudine ambulauit usque ad montem Dei Oreb, cum ex vita emigrandi tempus adue-  
nit, ad æternam gloriam & beatitudinem affundunt.

QVAE PRAETEREA IN HOC SACRAMEN-  
to mysteria ſint conſideranda. TABVLA 61.

TRIA SVNT MAXI-  
mè admiranda atque ſufficienda,  
qua in hoc Sacramēto verbis cō-  
ſecrationis effici fides Catholica  
ſine uilla dubitatione credit ac  
confitetur.

Primum eſt, verum Christi Domini corpus, illud idem, quod  
natum ex virgine, in cælis ſedet ad dexteram patris, hoc ſacra-  
mento conſineri.

Alterum eſt, nullam in eo elementorum ſubſtantiam re-  
manere, quanvis nihil magis à ſenſibus diuenit & remotum  
videri poſſit.

Tertium eſt, quod ex utroque facile colligitur, et ſi verba  
conſecrationis id maximè exprimunt, accidentia, quæ aut ocu-  
lis cernuntur, aut alijs ſenſibus percipiuntur, ſine uillare ſub-  
iecta eſſe, mira quadam atque inexplicabili ratione.

## DE VE-

## PARTITIONES CATE-

## DE VERITATE CORPORIS ET SAN-

guinis Christi in Eucharistia.

TABVL A 62.

*Distinctio eorum, quae in hoc sacramento non eadem omnia ratione aut virtute continetur:*

Quædam enim sunt, quæ ex vi & efficientia consecrationis in sacramento esse dicimus. Nam cum verba illa efficiant, quidquid significant: id esse in sacramento ex vi sacramenti, diuinari rerum scriptores appellarunt, quod verborum forma exprimitur, ita si contingere, ut aliquid ab alijs rebus omnino se iunctum esset, id solum, quod forma significaret, in Sacramento esse, cetera non item esse docuerunt.

Quædam vero in Sacramento continentur, quod illis rebus coiuncta sint, quæ forma exprimuntur. Sic quia corpori, quod consecratione efficitur, sanguis, anima, & diuinitas coniungitur, hæc quoque in sacramento erunt omnia: non quidem ex consecrationis virtute, sed ex concomitantia, hoc est, ut ea quæ corpori coniuncta sunt.

*Ipsius verbis* { Christi, dicentis, Hoc est corpus meum: Et, Hic est sanguis meus, Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.  
Pauli, I. Cor. 10. & 11.

Ambrosij,

*Probatio huius doctrinæ, de veritate corporis et sanguinis Christi: Quam Catholica esse, demonstratur ex*

Vercellensis

Turonensis

Romanorum duorum.

*Authoritate Conciliorum, speciatim* { Lateranensis sub Innocentio 3. Constantiensis, Florentini, Tridentini, &c.

*Autho- ritate symboli- Aposto- lici.* { Cum enim Dei summam omnium rerum potestatem fideles credunt, & confitentur, credant etiam necesse esse, potestatem ei non defuisse maximi huius operis efficiendi, quod in Eucharistia Sacramento admiramus & colimus.  
Deinde cum credunt sanctam Ecclesiam Catholicam, necessario sequitur, ut simul credant eam esse, quam explicavimus, huius sacramenti veritatem.

*Concomitantia, ex qua ostenditur* { Totum Christum usque adeo tam in panis, quam in vini specie contineri, ut quemadmodum in panis specie non corpus modo, sed etiam sanguis & totus Christus vere in est, sic contraria in vini specie non solum sanguis, sed corpus & totus Christus vere in est.

*Necque vero solum in utraque specie, sed in quavis veriusque speciei particula, totum Christum contineri. Sic enim Augustinus scriptum reliquit: Singuli accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se praebet in singulis.*

*Vtilitates & fructus, quos capiunt fideles ex huius sacramenti contemplatione.*

Primum enim intelligunt, quanta sit Evangelica legis perfec-tio, cui datum est idre ipsa habere, quod signis tantum & figuris Mosaicæ legis tempore adumbratum fuerat.

Præterea fideles hoc Sacramento Christi Salvatoris nostri perfectissimam charitatem experientur, quam naturam, quam à nobis sumperat, à nobis nunquam subtrahere, sed quantum fieri posset, esse versari que nobiscum voluit.

DE TRANS-

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

47

DE TRANSSVBSTANTIATIONE, SIVE CON-  
uersione panis & vini in verum corpus & verum sanguinem Christi. TABVL A 63.

Primum, quod in eius sacramenti institutione ipse dixit: Hoc est corpus meum. vocis enim Hoc, ea vis est, ut omnem rei presentis substanciam demonstreret. Quod si panis substantia remaneret, nullo modo vere dici videretur: Hoc est corpus meum.

Deinde Christus Dns apud Ioan. 6. Panis, inquit, quæ ego dabo, caro mea est, pro mundi vita: Panem videlicet carnem suam vocans.

Non qd ipsum corpus assumptum, de cælo descendat: Ita vt corpus & sanguinem Christi transmutetur. Sed qd ipse panis & vini in corpus & sanguinem Christi transmutetur. Damascen.

Ante consecratio-nem, panem esse & vi-num, quod natura formauit. Post consecra-tionem vero, car-nem Christi & san-guinem, quod he-nedictio consecra-tiuit.

CVM IN

Sacramento Eucharistie tota vni rei substantia in tota alterius rei substantia træseat, recte & sapienter à maioribus nostris ista conuersio appellata est Trans-substantiatio.

Quæ &amp; ipsa

Decla-

ratur

Dua-

bus

uelut:

Re-

gul:

Prima est, quo modo ea mutatio fieri possit, curiosus non inquirendū, sed potius fide quid hoc sit, cognoscendum. Quia in re fideles animos suos illa vocem præmunire debent. Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Altera est, Christum Dominum in hoc Sacramento, ut in loco, non esse, etenim locus res ipsas consequitur, ut magnitudine aliqua prædictæ sunt:

Christum vero Dominum ea ratione in sacramento esse non dicitur, ut mag-

nus aut parvus est, quod ad quantitatem pertinet, sed ut substantia est.

Substantia enim panis in Christi substantia, non in magnitudine aut quan-

titatem conuertitur. Nemo vero dubitat, substantia aquæ in parvo atque in magno spatio contineri.

Tertium restat, quod in hoc Sacramento maximum atque admirabile videatur: quod quidem, iam duobus alijs explicatis, facile probari potest, panis videlicet & vini species in hoc Sacramento sine aliqua re subiecta constare. Nam cum ante demonstratum sit, corpus Domini & sanguinem vere in Sacramento esse, ita ut nulla amplius subsit panis & vini substantia, quoniam ea accidentia Christi corpori & sanguini inherere non possunt: relinquuntur, ut supra omnem naturam ordinem ipsa se, nulla alia re nisi, sustentent. Hæc perpetua & constans fuit Catholicæ Ecclesiæ doctrina.

DE EV-

PARTITIONES CATE-  
DE EVCHARISTIA VT EST SACRIFICIVM.  
TABVLA 64.

Exprimitur vaticinio Malachiae, his verbis: Ab ortu solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda &c.

Præfiguratur in Melchisedech sacrificio. ipse enim Saluator sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, corpus et sanguinem suum in extrema cena sub speciebus panis et vini Deo patri obtulit.

Institutum est à Christo in extrema illa nocte, cum hæc ipsa sacra mysteria apostolis commendans: Hoc facite, inquit, in meam commemorationem. Eos enim, quemadmodum à sancta synodo definitum est, tūc sacerdotes instituit: præcepit quod, ut ipso, et qui eis in sacerdotali munere successuri essent, corpus eius immolarent et offerrent.

**Habet**  
præter  
Sacra-  
menti  
vrim,  
etiam  
sacrifi-  
cij rati-  
onem:  
Quod

Primò, sacramentum consecratione perficitur.  
Omnis verò sacrificij vis in eo est, ut offeratur.

**Diffr**  
à acra-  
mento:  
**Secù-**  
dò,

Vt sacramentum est, ijs qui diuinam hostiā sumunt, meriti causam afferat, et omnes illius virilitates, quæ suprà commemoratæ sunt.  
Vt autem sacrificium est, non merendi solum, sed satisfaciendi quoque efficientiam continet.

Fit vni Deo: nam et si Ecclesia interdum Missas in memoriam et honorem sanctorum celebrare consuevit, non tamen illis sacrificium, sed vni Deo, q̄ sanctos immortali gloria coronauit, offerri docuit.

Offertur quotidiè in Missa diuina. Neq; enim crux et incruenta hostia due sunt hostia: sed unum idemq; sacrificium esse fatemur, et haberi debet, quod in Missa peragitur, et quod in cruce oblatum est: quemadmodum una est et eadem hostia Christus, videlicet Dominus noster, qui seipsum in ara crucis semel tantummodo cruentum immolauit. Sacro sanctu autem Missæ sacrificium

Est non solum laudis et gratiarum actionis, aut nuda commemoratione sacrificij, quod in cruce factum est, sed verè etiam propiciatorium sacrificium, quo Deus nobis placatus et propicius redditur.

**Non solum**  
Immolanti, et  
Sumenti:  
**Prodeſc**  
Nobiscū in  
terrī viuat:  
Iam in Dño  
mortui, non  
dū planè ex-  
piatisint.

PORRÒ  
Euchari-  
stia

EX QVO FACILE PERSPLICITVR,  
Omnes Missas, communes censendas esse, ut quæ ad communem omnium fidelium vtilitatem & salutem pertineant.

DE POE-

DE POENITENTIAE  
SACRAMENTO: ET PRIMVM DE

eius natura atque substantia.

TABVLA 65.

Prima enim in virtu  
ponenda est.

Verum  
inter has  
pœnitent-  
tiæ signi-  
ficatiæ  
magnum  
discrimē  
obserua-  
re oportet:

Ter-  
tiam  
dici-

rum ad virtus  
tem pertinere.

Tum sacra-  
mentum eſe,

que signifi-  
catio huic loci

propria eſt,

**POENI-**  
tētia totiæ  
loc⁹ datur,  
quoties post  
baptismum  
peccare cō-  
tingit. Vnde  
illa sancti  
Hieronymi senten-  
tia, ab oib⁹  
rerū sacra-  
rū scriptori-  
bus ma-  
gnopere cō-  
probatur,  
pœnitentiam  
esse secundā  
post naufra-  
giū tabula.  
Quæ autem  
vocis huius  
vis sit atq; poteſtas, fa-  
tis apparet  
ex

Vir-  
tute,  
ea

Ad quā  
licet af-  
ſcedere  
his vel-  
ut gra-  
dibus:

Quā-  
do  
acci-  
pitur  
pro

Sacramēto, ex-  
terna dicitur pœ-  
nitentia q̄ habet  
externas quas dā-  
res sensibus sub-  
iectas, qbus de-  
clarantur ea, q̄  
interius in anima  
fūt. Eſſe autem  
hac pœnitentiam  
verè sacramētu,   
bis ostēditur ra-  
tionibus:

Deindē quod caput eſt, cū illa q̄ extrinsecus, tum à pœ-  
nitente, tum à sacerdote fūnt, declarant ea, q̄ interius ef-  
ficiuntur in anima, quis neget pœnitentiam vera et pro-  
pria sacramenti ratione præditam eſſe?

Quanq; hoc aptè indicat illa Saluatoris verba, Mat. 16.  
Tibi dabo claves regni cælorū: et quodcumq; ſolueris ſup-  
terrā, erit ſolutum et in cælis. Absolutio enim, ſacer-  
dotis verbis enunciata, remiſſionem illam peccatorum  
signat, quam in anima efficit.

E DE POE-

PARTITIONES CATE-  
DE POENITENTIAE MATERIA ET  
forma. TABVLA 66.

SACRA- MENTI HUI- US	Quasi mate- riam dicūt alij	Actus pæni- tentiis, Satisfactio- nē.	Contri- tionem, Confessionem, Et hoc qua extrinsecus adhibeatur, ut aqua in baptismo &c. Peccata ipsa: ut enim ignis materiam ligna esse dicimus, quae vi ignis consumuntur: ita peccata, quae pœnitentia delentur, recte huius Sacramenti materia vocari possunt.
		Licet col- ligere	Non solum ex illis verbis: Quaecunque solueritis super terram, erunt soluta & in celis: Sed ex eadem Christi Domini doctrina ab Aposto- lis traditam accepimus.
TRIA sunt, q̄ sibi tanquam finem proponit ur, quem verè pœnit:	Forma est: Ego te absoluo. Atque hāc formam	Adduntur præterea cōplures preces, non quidē ad formā necessariae, sed ut ea remoueantur, quae sacramenti vim & efficieniam illius culpa, cui administratur, impide possent.	Primū est, ut peccatum aboleat, omnemq̄ animae culpam & maculam abstergat. Alterum, ut pro sceleribus admis̄is Deo satisfaciat: quod quidem ad iustitiam referri per spiculum est. Nam & si inter Deum & homines propria iustitiae ratio intercedere non potest: aliquid tamen esse iustitiam constat, cuiusmodi est inter Patrem & filios, inter dominum & seruos.
		Tertium, ut homo in Dei gratiam redeat, in cuius offensionem & odiū proper peccati fæditatem incurrit. Hæc verò trias satis declarant, pœnitentiam ad vir- tutem spectare.	Tertium, ut homo in Dei gratiam redeat, in cuius offensionem & odiū proper peccati fæditatem incurrit. Hæc verò trias satis declarant, pœnitentiam ad vir- tutem spectare.

DE INTEGRIS POENITENTIAE  
partibus. TABVLA 67.

EST AV- TEM huius sa- cramenti pro- priū, ut præ- ter materiam & formam, q̄ omnibus Sa- cramentis cō- munia sunt, partes etiām habeat illas,	Quæ tanq̄ to- tā integrāq̄ pœnitentiam constituant,	Contri- tionem, Confessionem, Satisfac- tionē.	Hæ aut̄ partes dicuntur inte- gra, ex quibus pœnitentia ita constituitur, vt	Quanvis, quid ad eius naturam at- tinget, contrito & confessio, quibus homo iustus efficitur, satis sit: Tamen nisi tercia etiā pars, i.e. satisfactio accedit, aliquid ei omnino ad perfectionē desideriū necesse est.
		Quarum partium duplicē rationem afferre possu- mus.	Vnam, quid animo, verbis, & re ipsa peccata in Deum committantur. Quare consentaneum fuit, ut nos ipsos Ecclesiæ clauibus subiicientes, quibus rebus Dei sanctissimum numen à nobis violatum esset, ijsdē etiām eius iram placare, & peccatorum veniam ab eo impetrare conaremur. Alteram, quid pœnitentia sit veluti quedam delictorum compensa- tio, ab eius voluntate profecta, qui deliquit, ac Dei arbitrio, in quæ peccatum commissum est, constituta. Quare & voluntas compensandi requiritur, in quo maximè contrito versatur: & pœnitens sacerdotis iudicio, qui Dei personam gerit, se subiicit neceſſe est, ut pro scelerum magnitudine pœnam constituere in eum posse: ex quo tum confes- sionis, tum satisfactionis ratio & neceſſitas perspicitur.	

DE CON-

CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.  
DE CONTRITIONE, PRIMA POENITEN-  
tiæ parte. TABVLA 68.

Quid sit. Eam verò ita definit patres in Concilio Tridentino: Contritio est animi  
dolor ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi decetero. Et  
paulo pōſſe de contritionis motu subiicitur: Ita demum præparat ad remissionē pec-  
catorum, si cum fiducia diuinæ misericordiæ, & voto præstandi reliqua, quæ ad ritè  
ſuscipiendum hoc Sacramentum requiruntur, coniunctus sit.

Primum enim neceſſe est, peccata omnia quæ admisimus, odisse & do-  
lere: nē, si quædam tantum doleamus, ficta & simulata, neque salutaris  
pœnitentia à nobis ſuscipiat. Nam qui offendit in uno, factus est omnium reus, Iacob. 2.

Alterum est, ut ipsa contritio, confitendi & satisfaciendi voluntati  
tem coniunctam habeat: de quibus poſte à ſuo loco agetur.

Tertium est, ut pœnitens vitæ emendandæ certam & ſtabilem cogi-  
tationem ſuscipiat. Hoc verò prophet a his verbis aperte nos docuit:  
Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus  
eft, & custodiērit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam:  
vita viuet, & non morietur, &c. & paulo pōſſe: Cum auerterit ſe impius  
ab impietate ſua, quam operatus eft, & fecerit iudicium & iustitiam, ipſe  
animam ſuam viuificabit, Ezech. 18.

Denique curandum eft, ut quidquid iniuriarum ab altero acceperis,  
id totum remittatur ac condonetur. Nisi enim dimis̄erimus hominibus,  
nec pater noster demittet nobis peccata noſtra. Matth. 6.

IN CON-  
TRITIONE SPE.  
Eanda ſunt  
hec:

Porro veræ contritionis ea viis eft, ut illius beneficio omniū de-  
lictorum veniam ſtatim à Domino imperremus. Id ſatis aper-  
tius ſit fructus. declarant Prophetæ verba illa: Dixi, cōfitebor aduersum me in-  
iustitiam meā Dño, & tu remiſſi li impietati peccati mei, Psal. 31.

Et omnes conscientiam ſuam frequentē executientes videant, num  
quæ à Deo, ſive ecclæſtis ſanctionibus præcepta ſunt, ſeruauer-  
int.

Quod ſi quis aliquis ſceleris reum ſe eſſe cognoverit, ſtatim ſe-  
ipſum accuſet, ſupplex q̄ à Domino veniam expoſcat, & ſpatiū tum  
confitendi, tum ſatisfaciendi, ſibi dari poſtulet.  
In primis verò diuinæ gratiæ præſidio ſe adiuuari petat, nē in po-  
ſterum eadem illa peccata admittat, quæ admissiſſe vehementer pœni-  
tet.

Tum, quia ſumma eft illius fædi-  
tas & turpitudo:  
Curandum erit præterea, vt  
in peccatum ſibi quisq; ſum-  
mum odium conciteret:

Tum, quia grauissima damna & ca-  
lamitates nobis affert.

E 2 DE CON-

## DE CONFESSIONE, SECUNDA POENI-

tentiae parte, ac primum de eius natura &amp; efficientia.

TABVLA 69.

	Sed tamen necessaria: ait enim Apostolus, non præputium, non circuncisionem aliquid esse, sed obseruationem mandatorum Dei. Quod vero eandem sententiam alibi repetit, & nouam creaturam in Christo tantum dicit valere, intelligimus planè eam nouā creaturam in Christo dicere, qui mandata Dei obseruat.
--	---

FRVCTVS obseruatæ legis	Tam nostræ utilitatis gratia, describuntur Psal. 118. Nec vero Quam Dei causa, qui suam hominum generi in lege voluntatem nobis est seruanda Lex aperuit: quam cū ceteræ creaturæ sequantur, hominem ipsum eandem sequi, multo est equius.
-------------------------	--

DE ALIIS

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

DE ALIIS QVI BVSDAM, QVAE COLLIGVN,  
ture ex diuinis verbis, quibus lex Dei promulgata est.

69

## EXODI XX.

EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS, QVI  
eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis &c. TABVLA 96.

Vnam ex vniuersis nationibus à Deo delectam esse, quam populum vocaret suū, & cui se cognoscendum & colendum præberet: nō quod cæteras iustitia aut numero vinceret, quemadmodum Hebreos monet Deus: sed quod ipsi Deo sic placuit potius, vt gentem exiguum & inopem augeret & locupletaret, quo eius potentia & bonitas notior apud omnes esset & illustrior.

Deum Hebreos patres diū peregrinari passum esse, posteros etiā durissima seruitute premit, diue xariq̄ permisit ob eam rem, vt doceremur, amicos Dei fieri nō nisi mundi inimicos, ac peregrinos in terris: itaque in Dei familiaritatem facilius recipi, si nihil omnino nobis sit commune cum mundo: tum verò, vt ad Dei cultum translati, intelligeremus, quanto feliores demū sint ij, qui Deo, quam qui mundo seruant.

Poſt amplius quadringentis annis Deum promissa præstiffit, vt ille populus fide ac spe aleretur. Alamus enim suos Deus à se perpetuo pendere vult, atque in eius beatitudine omniem spem suam collocare, vt in præcepti explanatione dicetur.

Locum ac tempus, quibus hanc legem populus Israël à Deo accepit, diligenter notandum esse: nempe postquam eduxit ex Aegypto in desertum venit: vt beneficij recentis memoria affectus, & loci asperitate, in quo versabatur, deterritus, ad accipiendam legem aptior redderetur.

## APPLICATIO.

ET SI vero ea verba, quibus dicitur, Qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis, Iudeis tantum videntur conuenire, Aegyptiorum dominatu liberatis: tamen si interiorē salutis vniuersæ rationem spectemus, magis ad Christianos homines pertinent, qui nō ex Aegyptiaca seruitute, sed è peccati regione, & potestate tenebrarum à Deo erexit, atq; in regnum filij dilectionis suæ translati sunt, ad Coloss. 1. cuius beneficij magnitudinem intuens Hieremias, prædictit illud: Ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur ultra: Vixit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed, Vixit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de vniuersis terris, ad quas eieci eos, & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus corum. Ecce ego mittam pescatores multos, dicit Dominus, & pescabuntur eos: & quæ sequuntur, Hierem. 16.

PRAECEPTVM PRIMVM  
DE VERO VNIVS DEI CVLTV. TAB. 97.

## NON HABEBIS DEOS ALIENOS CORAM ME.

Iubédi: Nam quod dicitur, Non habebis Deos alienos coram me: eam habet sententiam co- iunctum: Me verum Deum coles, alienis dijs cultum Fidei, non adhibebis. In priori autem continet præceptum Spei, Charitatis.

Non quod satis explicata non esset hæc sententia af- firmatione præcepti: Me vnum Deum coles &c. Si enim Deus est, unus est. &c. Sed propter cætitatem plurimorum, qui olim Dei verum se colere proficebantur, multitudinem tamē deorum venerabantur.

DE PRÆ-

**DE PRAECEPTI HVIVS TRANSGRES-**  
soribus. TABVLA 98.

PECCANT AVTEM IN  
hoc præceptū, qui fidē, spem & chari-  
tatem nō habent: quorū peccatū latissi-  
mè patet. Sunt enim in hoc numero

*Qui in hærefim labuntur.  
Qui nō credūt ea, q̄ sancta mater Ecclesia credēda, pponit.  
Qui somnijs, augurijs, ceteris q̄ vanissimis reb⁹ fidē habet.  
Qui de sua salute spem abiiciunt, nec diuinę bonitati cōfidūt.  
Qui diuitijs tantum, Qui corporis valetudine ac viribus  
nituntur: quæ fusi ab ijs explicata sunt, qui de vitijs  
& peccatis conscriperunt.*

**DE VENERATIONE SANCTORVM.**

TABVLA 99.

Verū illud etiā in præcepti huīus explicatione accurate docendum est. Venerationem & inno-  
cationem sanctorum angelorum, ac beatarum animarum, quæ cœlesti gloria perfruuntur, aut etiā  
corporum ipsorum sanctorum q̄ cinerum cultum, quem semper Catholica Ecclesia adhibuit, huic le-  
gi non repugnare. Quis enim adeo demens est, qui edicente rege, n̄ se pro rege quisquā gerat, aut re-  
gio cultu atque honore afficiatur, continuo putet nolle regem, suis ut Magistratibus bonos de-  
feratur?

*Spiritus S. qui ait, Soli Deo honor & gloria: idem præcepit, vt honore paren-  
tes & seniores afficeremus.*

*Vene-  
randi  
sunt,  
quòd*

*Præterea viri sancti, qui unum Deum colebant, reges tamen, vt est in diui-  
nis literis, adorabant, id est, supplices venerabantur: Cur non igitur angelicis  
spiritibus, tanto maiorem honorem habebimus, quanto beatæ illæ mentes di-  
gnitate Regibus ipsis antecellunt?*

*Addit charitatem, quan nos angelii diligunt, qua dotti, pro ijs prouincijs, q-  
bus presunt, vt ex scriptura facile intelligitur, preces fundunt, quod etiā p-  
stare ijs, quorum sunt ipsi custodes, ne dubit adūm quidem est: nostras enim Deo  
preces offerunt & lachrymas.*

SAN-  
cti itaq,  
angeli-  
ci & ho-  
minum  
beatorū  
spiritus

*Et inuocandi, q-  
& perpetuò Deū  
intuetur, & pa-  
trocinij salutis  
nostræ, sibi dela-  
tum, libetissimè  
fusciunt. Quæ  
sententia confir-  
matur*

*Sacræ scripturæ testimonij*

*Conciliorum*

*Autho-  
ritate*

*Tum Genesis*

*Tum alijs plurimis.*

*Niceni alterius,*

*Gangrensis, &*

*Tridentini.*

*Sanctorum patrum, & in ijs Augustini, qui testatur multa Deum non concedere, nisi mediatoris ac deprecatoris  
opera & officium acceſſerit.*

*Confuetudine ab apostolis accepta, & in Ecclesia Dei perpetuò retē-  
ta & conseruata.*

**REGVL A.**

Ex quibus etiā colligi poterit, tantum abesse, vt sanctis, qui in Domino dormierūt, ho-  
nore afficiendis atq; in uocandis, & sacris eorum reliquijs cineribusq; venerādis, Dei glo-  
ria minuatur: vt eo maximè augeatur, quo magis hominum spem excitat, confirmat, & ad  
sanctorum imitationem cohortatur.

**LIMITATIO.**

ET SI VERÒ angelos Christiani adorare dicuntur, non tam tamen illis venerationem ad-  
hibent, quam Deo tribuunt. Vnde quod legimus, interdūm angelos recusasse, n̄ se ho-  
mines venerarentur, eō fecisse intelligendum est, quod sibi eum honorem haberet nō  
bant, qui soli Deo deberetur. Apocalyp. 19.22.

DE IMA-

**DE IMAGINIBVS SANCTORVM.**

TABVLA 100.

**NON FACIES TIBI SCVLPTILE, NEQVE**

omnem similitudinem, quæ est in celo, &amp; quæ in terra deorsum &amp;c.

Non adorabis ea neque coles.

*Quidam hoc alterum præceptum existimantes duo postrema, ipsa vnius præcepti vi contineri volu-  
erunt, vt sanctus Augustinus illa extrema dividens, hæc ipsa verba ad primum præceptum perti-  
nere voluit. Quam sententiam, quia in Ecclesia celebris est, libenter sequimur.*

*Primum in scripturis iussu Dei simulacra & imagines effectas legimus,  
Cherubim, serpens ænei.*

*Deinde nemo tam rudit est, cum sanctissimæ Trinitatis aliqua per-  
sona quibusdam signis exprimitur, quæ tam in veteri quam in novo testa-  
mento apparuerunt, vt illa imagine diuinitatem credit exprimi, sed po-  
tius illis declarari intelligat proprietates alias, aut actiones quæ Deo  
tribuuntur.*

*Angelis etiā tum humana species, tam alia effiguntur: vt intelli-  
gant fideles, quam propensi sint in humanum genus, & tanquam parati  
ad ministeria Domini exequenda: omnes enim administratorij spiritus sunt  
propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Ad Heb. 1.*

*Præterea cum Christus Dominus eiusq; sanctissimamater, ceterique  
omnes sancti humana prædicti natura, humanam speciem gesserint, eorum  
imagines pingi atque honorari, sanctum & grati animi certissimum ar-  
gumentum semper habitum est: quod & apostolicorum temporum mo-  
numenta, & ecumenicæ synodi, & tot sanctissimorum doctissimorum  
patrum, inter se consentientium, scripta confirmant.*

*Sed imagines ob eam rem  
vetitæ sunt, n̄ quid simu-  
lacrū quasi dijs colendis,  
de verò Dei cultu detrahe-  
retur. Duplici autem po-  
tissimum ratione, quod ad  
hoc præceptū attinet, Dei  
majestatem vehementer la-  
di perspicuum est:*

HOC

aut præ-

cepto

Nam

*Altera, si idola & imagines, tanquam Deus colantur, aut  
credatur inesse aliqua in his diuinitas vel virtus, propter  
quam sint colendæ, vel quod ab eis sit aliquid petendum,  
vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim  
fiebat à gentibus, quæ in idolis spem suā collocabat, quod  
paſſim lacræ literæ reprehendunt.*

*Altera, si quis conetur diuinitatis formam aliquo ar-  
tificio effingere, quasi corporeis oculis conspicere, vel colo-  
ribus aut figuris exprimi posse. Quis enim Deum, vt inq;  
Damascenus, qui sub aspectu non cadit, qui corporis ex-  
pers est, qui nullis terminis circumscribi, nec illa figura  
describi queat, posse exprimere?*

**REGVL A.**

**NON** solum autem licere in Ecclesia imagines habere, & illis honorem & cultum adhi-  
bere certum est, cum honos, qui eis exhibetur, referatur ad prototypa: verū etiā maxi-  
mo fidelium bono ad hanc usque diem factum constat: vt ex Damasceni libro, quem de  
imaginibus edidit, & septima synodo, quæ est secunda Nicena, intelligitur.

PRÆ-

# PRAECEPTVM SE-

## CVNDVM, DE LICITIS ET ILLICITIS iurationibus.

TABVLA IOI.

### NON ASSVMES NOMEN DOMINI DEI tui in vanum.

Primum igitur laudatur Deus, cum in omnium conspectu Deum ac Dominum nostrum fidenter cōfitemur, Christumq; salutis nostrae auctorem, quemadmodū agnoscimus, ita etiam prædicamus.

Itemq; cum verbo Dei, quo voluntas eius enunciatur, sancte & diligenter operam damus: in eius meditatione assidue versamur, studiosè illud aut legendo, aut audiendo addiscimus, perinde ut cuiusq; personæ & muneri aptum & conseutaneum est.

Deinde diuinum nomen veneramur & colimus, cum officijs & religionis causa diuinæ laudes celebramus, ac de omnibus rebus, cum prosperis, tum aduersis, illi singulares gratias agimus.

Neque verò minus Dei nomen honoratur, si fidēter opem eius imploramus, quō scilicet aut nos ab aduersis rebus liberet, aut ad easdē fortiter perforendas constantiam & robur largiatur.

IN HVIVS  
præcepti expli-  
catione, id pri-  
mum cōfitet, cū  
eo, quod lex fi-  
eri prohibet,  
earū etiā re-  
rum præcepti-  
one coniunctā  
esse, quas præ-  
stare homines  
debent: ita sa-  
nè, vt legis hui-  
us sive editi  
diuini duplex  
ōnō sit ratio:

Vna, qua  
iubemur,  
diuino no-  
mini ho-  
norē tri-  
buere. Mo-  
di autem  
quibus

Deus fit  
laudand⁹,

sunt va-  
rij:

Prætereà Dei  
nomen honore  
prosequimur,  
cum fidei faci-  
endæ causa te-  
stamur Deum:  
Qui modus à  
superioribus  
valdè differt.  
Nam

Quæ suprà enumerauimus, ita suapte natura bona  
sunt atque expetenda, vt nihil beatius, nihil homi  
ni optabilius possit esse, quam si in illis sedulò exequendis seipsum dies noctesq; exerceat.

At iusurandum licet bonum sit, eius tamē fre-  
quentia vñus minimè est laudabilis. Est enim ea de  
causa tantum iustitiam, vt effet tanquam reme-  
diū quoddam humanae imbecillitatis, & ad pro-  
bandum, quod dicimus, necessarium instrumētum.  
Nisi ergo grauis & iusta causa subfit, iureiurando  
vti non est salutare: quod si sapienter adhibetur,  
tantum abest vt profit, vt magnum detrimētum  
afferat.

Alterā, qua vetamur diuinum nomen in vanum assumere. Apparet enim eum gra-  
ui peccato se obstringere, qui non consilio, sed temeritate ad iurandum fertur. Gra-  
uissimum autem delictum hoc esse, illa etiā verba declarant: Non assumes nomē  
Dei tui in vanum: quia rationem afferret, cur hoc facinus scelus adeo ac nefar-  
ium sit, nimirūm propterea, quod eius maiestas minuitur, quē nos Deum & Do-  
minum nostrum esse profitemur.

DE IV.

Primum, iurare nihil aliud, nisi Deum testari, quacunque id forma & con-  
ceptione fiat.

Eſcet etiā illud iusurandum, cū ad faciēdam fidem per res creatas iu-  
ramus, vt per sacra Dei Euangeliā, per crucem, per sanctorum reliquias &  
nomen, & cetera id genus, in quibus diuinæ maiestatis splendor elucescit.

Eadem ratio es illud iurandi, quod per execrationē profertur, qua-  
le es illud sancti Pauli: Ego testem Deum inuoco in animā meam, 2. Cor. 1.  
Etenim hoc pacto aliquis Dei iudicio, tanquam mendacij vltori, subiicitur.

Primum, quod assertoriū appellatur, nimirūm cū aliquid de re præsenti,  
aut præterita, religiōse affirmamus: vt Apostolus in Epistola ad Galatas:  
Ecce coram Deo, quia non mentior ad Galat. 1.

Alterū verò promissorium dicitur, ad quod etiā comminationes re-  
feruntur, futurum tempus spectans, cū aliquid ita fore, pro certo polli-  
cemur & confirmamus: vt Bersabea David iurans per Dominum Deum  
suum promisit, Salomonem, eius filium, regni hæredem fore, atque in ipsius  
locum successurum.

Veritas, quā iureiurando necessariam esse, David quoquā indicat illis ver-  
bis: Qui iurat proximo suo, & non decipit. Psal. 14.

Tria,

q; ad  
iuri-  
randū  
requi-  
run-  
tur:

IN EO  
Iureiuran-  
do, quo Dei  
nomē hono-  
rari dictum  
est, atten-  
duntur

Iudicium: neq; enim ius-  
jurandum temere, & in-  
consideratè, sed cōsulto  
& cogitatō adhiberi de-  
bet. Itaque iuraturius

Iustitiam, quæ maximè in promissis requiritur. Quarè si quis iniustum ali-  
quid & in honestum promittit, & iurando peccat, & promissis faciendis sce-  
lus scelere cumulat.

Lex Domini præcipit: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli  
seruies, ac per eum iurabis, Deut. 6. Et Psal. 62. Laudabun-  
tur omnes qui iurant in eo. &c.  
Apostolos iurasse, ex D. Pauli epistolis apparet.  
Interdū & ipsi iurant angeli. Apoc. 10.  
Quin etiā Deus ipse iuravit, angelorum Dominus Genes. 22.  
Exod. 33. Psal. 109. Ad Hebr. 6.

Ortus: etenim iusurandum à fide originem dicit, qua homines credunt, Deum totius  
veritatis esse authorem, qui nec decipi vñquam posſit, nec alios decipere: cuius oculis  
nuda sunt omnia & aperta, qui denique vñiueris rebus humanis admirabili prouide-  
tia consulit, mundumque administrat.

Finis. iusurandum enim eō tendit, atque id omnino spectat, vt hominis iustitiam  
& innocentiam probet, finemque litibus & controversijs imponat.

G DE IR-

DE IRRELIGIOSIS SIVE ILLICITIS  
iurationibus.

TABVLA IO3.

Hoc præcepto prohibetur, ne homines falsum iurent. Nam qui à tanto scelere non refugit, ut Deū falso testetur, hic insignem Deo iniuriam facit, quippe qui aut illi inscitie notam inurit, dum ipsum alicuius rei veritatem latere arbitratur, aut certe improbitatis & prœui affectus, qui mendacium testimonio velut confirmare.

Non is solum, qui quod falsum scit, verum esse iurando affirmat: sed ille etiam, qui iure iurando id afferit, quod cum verum sit, tamen ipse falsum putat.

Simili quoque ratione peierat, qui id iurat, quod verum existimat, & tamen re vera falsum est: nisi quantum potuit, curam & diligentiam adhibuerit, ut totam rem compertam atque exploratam haberet.

Eiusdem verò peccati reus censendus est, qui se aliquid iure iurando facturū promittit, cùm tamen aut promissum implere in animo non fuerit, aut si fuit, quod promisit, re ipsa non præstat: quod etiam ad eos pertinet, qui cum se vobis iponsione Deo obligarunt, non præstant.

Præterea in hoc præceptum peccatur, si desit iustitia, quæ ex tribus iuris iurandi comitibus una est: ut si quis iuret se peccatum aliquod mortiferum commissum.

His adiungi debent illa iurandi genera, que à contemptu quodam proficiuntur, cùm quis iurat se non obtemperatum consilijs Evangelicis.

Præterea hanc legem is violat, & iudicio peccat, qui, quod verum est iurat, idq; ita se habere existimat, leibus quibusdam conjecturis adductus & longè petitus. Nam qui sic negligentè iurat, in magno peierandi periculo versatur.

Falso præterea iurat, qui per falsos deos iurat. Quid enim est à veritate alienius, quam mendacos & fictios deos, tanquam verum Deum testari?

IV R A T  
autem falso

Dei enim verbum summa iniuria afficit, quicunque sacram scripturam à recta & germana eius sententia, ad impiorum dogmata & heresies flexit.

Præterea fœdus & dishonestis maculis sacra scriptura contaminatur, cùm eius verba & sententias, quæ omni veneratione colēdantur, ad profana quæq; nefarij homines torquent, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, assertiones, detractiones, sortes, libellos famosos, & si qua sunt alia id genus; in quod peccatum sacra Tridentina synodus animaduerti iubet.

Deinde ut iij Deum honorant, qui eius opem atque auxilium in suis calamitatibus implorant: ita debitum Deo honorem negat, qui illius subsidium non invocat.

At verò longè magis detestabili scelere seipso adstringunt, qui sacrosanctum Dei nomen, ab omnibus creaturis benedicendum, & summis laudibus extollendum, aut etiam sanctorum nomen cum Deo regnantium, impuro & contaminato ore blasphemare atque execrari audent.

Q V E

1. Dei honoris & glorie, quæ in omnibus creaturis manifestatur, & in aliis non manifestatur, ut in animalibus, & in vegetabilibus. 2. Dei honoris & glorie, quæ in aliis non manifestatur, ut in animalibus, & in vegetabilibus.

IV R A T  
autem falso

Atque hoc etiam pertinet neglegit, verbi diuinii, cui honor debetur.

Præterea fœdus & dishonestis maculis sacra scriptura contaminatur, cùm eius verba & sententias, quæ omni veneratione colēdantur, ad profana quæq; nefarij homines torquent, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, assertiones, detractiones, sortes, libellos famosos, & si qua sunt alia id genus; in quod peccatum sacra Tridentina synodus animaduerti iubet.

Deinde ut iij Deum honorant, qui eius opem atque auxilium in suis calamitatibus implorant: ita debitum Deo honorem negat, qui illius subsidium non invocat.

At verò longè magis detestabili scelere seipso adstringunt, qui sacrosanctum Dei nomen, ab omnibus creaturis benedicendum, & summis laudibus extollendum, aut etiam sanctorum nomen cum Deo regnantium, impuro & contaminato ore blasphemare atque execrari audent.

1. Dei honoris & glorie, quæ in omnibus creaturis manifestatur, & in aliis non manifestatur, ut in animalibus, & in vegetabilibus. 2. Dei honoris & glorie, quæ in aliis non manifestatur, ut in animalibus, & in vegetabilibus.

## QVAE POENA IN LEGIS HVIVS TRANS-

gressores constituta sit.

TABVLA IO4.

## NON ENIM HABEBIT INSONTEM DO-

minus eum, qui assumpsit nomen Domini Dei sui frustra.

Summa ratione factum esse, ut huic præcepto minæ adiungerentur: quo quidē & peccati grauitas, & in nos Dei bénignitas agnoscat: qui cum hominum perdizione non delectetur, ne ipius iram & offenditionem subeamus, hisce salutari bus minis nos deterret, numirum ut illum benevolum potius, quam iratum experiamur.

Quanta sit hominum proclivitas, ad hoc peccatum committendum: ut nō satis fuerit legem ferre, nisi etiam minæ adderentur. Incredibile enim est, quantum propriæ imbecillitatis cognitio & cogitatio vilitatis habeat.

Nullum à Deo certum supplicium constitutum fuisse, sed tantum vniuersè minari, quicunq; se hoc scelere adstrinxerit, non impune laturum.

## PRAECEPTVM TERTI-

## VM DE SABBATHI ET FESTORVM

Sanctificatione.

TABVLA IO5.

## MEMENTO UT DIEM SABBATHI SAN-

ctifices &amp;c. Exod. 20.

Hoc legis præcepto externus ille cultus, qui Deo à nobis debetur, recte atque ordinè prescribitur: est enim bic veluti quidam prioris præcepti fructus: quoniam quem intimis sensibus pte colimus, fide & spe adducti, quam in eo positam habemus, non possumus eum non externo cultu venerari, eidemq; gratias agere.

Reliqua decalogi præcepta, naturalia sunt & perpetua, neque mutari vllatione possunt.

Hoc autem de sabbathi cultu præceptum, si statutum tempus spestat, non fixum & constans est, sed mutabile: neque ad mores, sed ad ceremonias pertinet. neque naturale, quoniam non à natura ad id edocet: si aut institutum sumus, ut illo die potius, quam alio, externum cultum Deo tribuamus: sed ex eo tempore, quo populus Israeliticus à Pharaonis est seruitute liberatus, diem sabbathi coluit.

Non ritu & ceremonijs, quæ sunt antiquatæ: Sed quia aliquid habet, quod ad mores, naturæq; ius attineat. Nam Dei cultus ac religio, quæ hoc præcepto exprimitur, à naturæ iure existit: cùm illud natura comparatum sit, ut aliquot horas in ijs, quæ ad Dei cultum pertinent, perfemur.

Conne-

nit cum ei dem,

G 2 DE TER-

## DE TERTII PRAECEPTI PARTIBVS.

Ex quinto capite Deuteronomij. TABVLA 106.

Verus ac proprius huius praecepti sensus est spectat, ut homo & animo & corpore in eam curam in-  
cumbat, ut statuto aliquo tempore, à negocij corporisq; laboribus feriatus, Deum pie colat ac ve-  
neretur.

Primò Sabbathum, Hebraicum nomen, si Latinè interpre-  
teris, cessatio dicitur: Sabbathizare propterea, cessare & re-  
quiescere, Latino vocabulo appellatur. Et hac significatione  
accipitur pro septimo die, quo Deus ab omni opere, quod fecerat, requieuit.

Significa-  
tione, quæ  
est du-  
plex:

Postea verò non solum septimus hic dies, sed ob eius dignita-  
tem, ipsa etiàm hebdomada eo nomine appellata est, in quem  
sensum Pharisæus apud sanctum Lucam dixit: Ieiuno bis in  
sabbatho. cap. 18.

Dicimus esse religiosum, diuinisq; actionibus &  
sanctis rerum officijs consecratum.  
Tum plenè & perfectè celebramus, cum pietatis  
& religionis officia Deo praeflamus: Hocque planè  
Sabbatum est, quod Esaias delicatum appellat,  
quoniam festi dies sunt veluti delicia Domini &  
piorum hominum. Isai. 5.8.

Sanctificatione, hoc  
est, ipsa cessatio, q  
fit à corporis labo-  
ribus, & à negocij. At q sic diē sabbathi

Signum est, inquit, inter me & vos, in generationibus ve-  
stris, vt sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos.  
Deinde signum est, & quasi monumentum conditæ  
buius admirandæ vniuersitatis.  
Signum præterea fuit Israelitarum memoriae tradi-  
tum, quo admoniti, se Dei auxilio à durissimo Aegyptia-  
& seruitutis iugo, solutos ac liberatos esse meminissent.  
Et signum item tum spiritualis, tum cœlestis sabbati,  
quod in sancta quadam & mystica quiete consistit, nimi-  
rūm cum vetus homo, Christo consépultus ad vitam reno-  
uatur, atque in ijs actionibus, quæ Christianæ pietati con-  
ueniunt, studiosè se exercet.

ET RE-  
dē in qua-  
tuor parts  
distribui po-  
test, in qua-  
rumAltera demonstratur,  
diem septimū Dei cul-  
tui diuinitatis dedicatū  
esse, Quem Dominus in  
Exod. cap. 20. & apud  
Ezechiel. 31. capit. Si-  
gnum vocat.

## DE RE-

## DE RELIQVIS DVABVS PARTIBVS.

TABVLA 107.

Nè ociosi & desides vitam traducant: sed potius Apostolice  
vocis memores, negotium suum quisque agat, & operetur ma-  
nibus suis, sicut ab eo præceptum fuerat.

Vt sex, ipsis diebus opera nostra efficiamus, nè aliquid eorum  
qua alijs hebdomadæ diebus fieri agere oporteat, in diem festū  
reijciatur: atq; ita animus à diuinarum rerum cura studioq; que  
auocetur.

RELI-  
quæ sunt  
ad huc  
partes  
due, vi-  
delices

Quibus in  
operibus  
atq; actio-  
nibus Chri-  
stiani ho-  
mines die-  
bus festis  
exercere se  
debet. Il-  
læ verò ei-  
usmodi  
sunt, vt

Ad Dei templum accedamus, eoq; loco syncera, piaque ani-  
mi attentione sacræ sanctæ Missæ sacrificio intersimus.

Diuina Ecclesie Sacra menta, quæ ad salutem nostram  
instituta sunt, ad animæ vulnerum curationem crebro adhi-  
beamus.

Peccata sacerdotibus sapè confiteamur.  
Sacrosanctum Eucharistia sacramentum crebro percipi-  
amus.

Attentè præterea diligenterq; sacras audiamus con-  
ciones.

In precibus diuinisq; laudibus frequentè nos exercea-  
mus. itemq; in ijs officijs, quæ pietatem continent, pauperi-  
bus & egenis eleemosynam tribuendo, agros homines vi-  
tando, marentes, quique dolore affliti iacent, piè conso-  
lando.

Quæ facere prohibeamur, videlicet, vt quecumque diuinum cultum impe-  
dire possunt, omnino vitemus. Facile enim perspici potes, omne seruilia  
operis genus prohiberi, non quidem eare, quod suanatura aut turpe, aut  
malum sit: sed quoniam mentem nostram à diuino cultu, qui finis præcepti  
est, abstrahit: quo magis peccata fidelibus vitanda sunt, quæ nō solum ani-  
mum à diuinarum rerum studio auocant, sed nos à Dei amore prorsùs se-  
iungunt.

PARTITIONES CATE-  
APPENDIX DE RELIQVIS FESTIS  
Ecclesiae. TABVLA IO8.

ALIOS AVTEM DIES	<i>Qui ob redēptionis nostrae my- steria, religioni consecrati sunt.</i>	In quo- rum vi- to- ria	<i>Dei bonitas &amp; potentia lau- datur. Ipsi debiti ho- nores tribuunt. Etq; ad eorum imitationem fi- delis populus incitatur.</i>
Dein- dē qui dedi- can- tur	<i>Sanctissimae Virgini Matri, Tum vero Apostolis, Ac Martyribus. Ceterisq; sanctis cum Christo regnantibus.</i>		

PRAECEPTVM QVAR-  
TVM, DE PARENTIBVS ET SVPERIO-  
ribus honorandis.

HONORA PATREM TVVM ET MATREM  
tuam, vt sis longæuuus super terram &c.

QVID PRAECEPTA SECVNDAE TABVLAE  
differant à præcedentibus primæ tabulæ præceptis. TABVLA IO9.

I.	<i>Superioribus tribus præceptis, de quibus dictum est, quasi subiecta materies, quam trahent, est Deus, id est, summum bonum. Ceteris vero, proximi bonum.</i>
II.	<i>Illis summus, His proximus Amor est propositus.</i>
III.	<i>Illa finem, Hæc autem ea que ad finem referuntur, Spectant.</i>
IV.	<i>Charitas Dei ex ipso pendet. Deus enim per se, non alterius rei causa, summe diligendus est. Charitas autem proximi, à charitate Dei ortum habet, atque ad eam, tanquam ad certam regulam, dirigenda est.</i>
V.	<i>Quod Deo nullus honor, nulla pietas, nullus cultus, satis dignè tribui- tur, in quem amor augeri infinitè potest. At charitas, qua proximum complectimur, suis finibus circumscribi- tur: iubet enim Dominus proximos diligere, sicut nos ipsos.</i>

DE QVAR-

CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI:  
DE QVARTI PRAECEPTI EXPLI-  
catione. TABVLA IO.

Honorare quid sit. Est enim de aliquo honorificè sentire, & quæ illius  
sunt, maximi putare oīa. Huic aut̄ honori hæc omnia cōuncta sunt,

Amor,  
Obseruātia,  
Obedientia,  
Et cultus.

Illū præcipue, ex quibus generati sumus:  
Ecclesiæ præfides, Pastores & Sacerdotes.

Ij, quibus aut Imperium,  
Magistratus, Commissa est.  
Poteſtas

Patres  
qui vocē-  
tur, nepē  
Quorum procurationi, fidei, probitati, sapientiæque Imperium,  
alij commendantur: cuiusmodi sunt Curatores,  
Tutores, Pedagogi,  
Magistri.

Senes, & ætate confeſti, quos etam vereri debemus.

IN HAC  
explicatio-  
ne hæc ca-  
pita diligē-  
tè inpri-  
mis sunt p-  
tractanda:

Vt sint  
obfer-  
uandi  
Item pa-  
rētes ho-  
noramus,  
Paren-  
tes: ita  
videli-  
cet,  
Noſtras rationes ad eorum arbitrium, voluntatemque con-  
ferimus.  
Forum recte facta moresque imitamur.  
Consilia eoru non modo exquirimus, verū erit sequimur.  
Eis subuenimus, ea impertientes, quæ virtus cultusque  
desiderat.

Quando sint honorandi. Et  
honoris quidem officia pa-  
rentibus tribuere ſemp̄ debemus,  
Sed tunc maximè, cum periculose ægrotat.  
Atque etiam mortuis, quod fit, si ijs fu-  
nus facimus, si exequias cohonestam: si ho-  
norem ſepulturæ impertimus: si iusta & fa-  
cifia anniuersaria curamus, si quæ ab ijs  
legata ſunt, diligenter perſoluimus.

Quodnam præmium, quamque consentaneum  
ijs propositum ſit, qui diuino huic præcepto  
obedienti: Quibus promittitur  
vitus  
Non ſolum ſempiternæ ac  
beatæ,  
Sed etiam eius, quæ in his  
agimus terrib. Pietas enim  
ad oīa vtilis eſt. &c. I. t. 4.

# PRAECEPTVM V.

## DE HOMICIDIIS.

TABVLA CXI.

## NON OCCIDES.

*Primum bestias occidi, prohibitum non est: quoniam si illis vesici, à Deo hominibus est concessum, fas item est illas occidi.*

*Alterum permisum cædis genus est, quod ad eos Magistratus pertinet, quibus data est necis potestas, qua ex legū præscripto iudicioq; in facinorosos homines animaduertunt, & innocentes defendunt.*

*Qua ratione ne illi quidem peccant, qui iusto bello non cupiditate, aut crudelitate impulsi, sed solo publicæ utilitatis studio, vitam hostibus admidunt.*

*Neque huīus præcepti reus est, qui non spontē, neque meditato: sed fortuitō hominem occidit: in quo tamen duabus de causis peccari potest.*

*Altera, si quis in re iniusta occupatus, hominem occiderit: ut si quis grauidam mulierem pugno vel calce percuteret, ex quo abortus sequeretur.*

*Altera, si non omnibus circumspectis, negligentē & incautē aliquem occiderit.*

*Denique si quis salutis suæ defendenda causa, omni adhibita cautione, alterum interemerit, hac lege non tenetur.*

*Alterū, nè occidamus: quod à nobis fieri vetitum est, sunt tamen cædes alia.*

*CVM dñs huius legis vim explica ret, in eo duo cōtineiri often diu:*

*Que hac præcepti lege non vetentur. Nam*

*Quales sunt reliquæ cædes omnes: siue enim species*

*Prohibe:*

*Eos qui cædem faciunt, nemo planè excipitur, non diuites, non potentes homines, non domini, non parentes: sed, delectu omni & discriminem remoto, occidere vetitum est omnibus.*

*Qui interficiuntur: nam ad omnes hæc lex pertinet, nec quisquam est tam humilis & abiecta conditionis homo, quin legis huius vi defendatur.*

*No solum enim suis cuiq; manibus, aut ferro, aut lapide, aut baculo, aut laqueo, aut veneno vitam homini eripere non licet:*

*Sed consilio, ope, auxilio, vel alia quacūq; ratione, id fieri prorsus vetitum est.*

*Ad hæc homini Christiano, ne irasci quidem licet, nisi iusta subfit causa: cum lex spiritualis non manus solum puras, sed animū etiam castū, sincerumq; nos habere iubeat.*

*Quin etiam, si quis perfectam huius legis rationem expendat, nec malo illato resistere permittitur, sed inimicis etiam benefacere iubemur, ibid & ad R. 12.*

*Quarum præcipuum est remediu, ut intelligent fideles, quām nefarium sit peccatum, hominis cædes, id quod ex plurimis maximisque sanctarum literarum testimonij perspici potest.*

*Alterum, quod facere iubemur, ut concordi amicitia, charitateque inimicos complectamus, pacem habeamus cum omnibus, cuncta deniq; incommoda patienter feramus.*

DE VIR-

## DE VIRTVTIBVS HVIC VITIO CONTRA-

rijs, secunda huius præcepti parte.

TABVLA II.

*Quæ quidem eò spectant, ut pacem cum omnibus habeamus. Matt. 5.*

*Charitas, qua sine villa excessione omnes sunt complectendi. Eius veluti comites sunt Patientia, in quanos animas nostras possessuros esse, salvator docet. Luc. 21.*

*Vt pauperibus suppeditimus res necessarias, cibum esurientibus, sufficientibus potū demus, nudos vestiamus: & quo quisque opis nostræ magis indiget, eo in illū plus liberalitatis conferamus.*

*Hæc officia, quæ per se sunt illustria, eo fuit illustriora, si inimicis præsentur.*

*Mansuetudo, nam si charitatis legem spectemus, quæ benigna est, omnia quacunque ad mansuetudinem, lenitatem, aliasque id generis virtutes pertinent, officia colere, ea lege præscribi intelligemus.*

*Q V AE  
verò nobis  
hoc præ-  
proferuāda  
iubetur, hec  
sunt:*

*Remissio in-  
iuriarū. Ple-  
niſimū enim  
Charitatis  
officiū illud  
est, ut iniuri-  
rias, quas ac-  
cepimus, a quo  
animo remit-  
tamis, atq;  
cōdonemus:  
Quod ut pla-  
nè efficiam⁹,  
adhibenda  
sunt*

*Præ-  
cipue  
tria:*

*Vnum, quod aliena debita remittentibus p-  
misit Deus, fore vt ipsi etiā peccatorū ve-  
niam impetrarent.*

*Alterum, quod nobilitatē quandam atq;  
perfectionē asequimur, adeo vt quodam mo-  
do Deismiles efficiam⁹, qui solem suū oriri  
facit super iustos & iniustos.*

*Odium enim non solum peccatū  
grauē est,*

*Sed etiā diuturnitate pec-  
andi gravius inhæret:*

*Et dicit peccatū diaboli, qn-  
qdē ipse ab initio homicida fuit.*

*Ac primum omnium & maximum est, Salua-  
toris nostri plenissima illa pietatis oratio, quā  
pro persecutoribus suis habuit Luc. 23, cuius  
exemplum ad imitandum nobis proponere de-  
bemus.*

*Alterum autem remedium, ab ecclesiastico  
propositum est, ut morte atq; illū Iudicij diem  
recordemur: Memorare, inquit ille, nouissima  
tua, & in æternū non peccabis. Eccles. 7.*

## AXIOMA.

*Ad misericordiam Dei implorandam nullum aptius, maiusve remedium inuenias, quām obliuionem iniuriarum, & amore in eos, qui te aut tuos re aut oratione violarint.*

PRAE-

# PRAECEPTVM VI

## DE ADVLTERIIS ET ALIIS CAR-

nis operibus.

TABVLA II3.

## NON MOECHABERIS.

*Adulterium, quod est legiti tori iniuria, sive alienus, sive proprius ille sit. Etenim si maritus cum muliere soluta rem habet, suum ipse torum violat: si vero solutus vir alienam cognoscat uxorem, adulterij labetur torus alienus inquinatur.*

*Omne impuritatis & impudicitiae genus, quo polluitur corpus. Quā sententiam, non tantum ex D. Ambrosij & B. Augustini scriptis, sed ex sacris literis tum veteris, tum noui testamenti licet cognoscere. Immō vero omnē intimam animi libidinem hoc praecepto veritatem esse, tum ipsius legis vis significat, tum Christus Dominus docuit.*

*Præcipue vero eam rem adulteriu di serè veritum est,* *Quia præter turpitudinem, quæ illi cum alijs intemperantiae generibus communis est, iniustitiae quoquè peccatum non solum in proximum, sed etiam in ciuite societatem adiunctum habet.* *Est illud item certum, qui se à ceterarum libidinū intemperantia non abstinet, eum ad hanc, quæ adulterij est, incontinentiam facile labi.*

*Docendi sunt, ac vehementer hortandi, ut pudicitiam & continentiam omni studio colant, mudentque se ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.*

*In primis autem admonendi sunt, quanvis castitatis virtus in diuino illo virginitatis proposito magis eluceat, tamen ijs etiam conuenire, vel qui celibem vitā agunt, vel matrimonio iuncti, à veritate libidine puros se & integros seruant.*

## DE OPOR-

# CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

## DE OPORTVNIS VITII HVIVS RE-

medijs.

TABVLA II4.

*Primum enim omne peccatum, quodcumq; fecerit homo, extra corpus est: Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. I. Cor. 6.*

*Deinde, id quod celestius est, si homo Christianus meretrici turpiter se dedat, membra quæ Christi sunt, ea meretricis facit. ibidem.*

*Est prætereà homo Christianus, svt apostolus testatur, templum spiritus sancti, quod violare nihil aliud est, nisi ab eo Spiritum sanctum ejcere. ibid.*

*Tum, qui adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam, turpitudinem & ignominiam congregatibi, & opprobrium illius non delebitur. Prover. 6.*

*Denique & si mortem, qua olim afficiebantur, & lapidibus obrucebantur adulteri, effugiant, intolerabiles tamen dolores, ac penarum cruciatus, quibus sapè plectuntur, nō effugiunt. Nam mente cæci, quæ pæna grauiſſima est, ita fiunt, vt neque Dei, neque famæ, neque dignitatis, neque filiorum, denique nec ritæ sive rationem habeant: hoc pater adeo nequam & inutiles fiunt, vt nihil gravius eis committi debeat, & ad nullum ferè officij munus idonei sint.*

QVONIAM  
vero multa à sanctis patribus tradita sunt, quibus docemur domitas habere libidines et coercere voluptates, in hac quoquè translatione diligentissime versandū est. Hæc autē eiusmodi sunt, quæ constunt partim inActione.  
Quorum

*Primum illud est, ut ocium maximè fugiamus. Deinde crapula magnoperè est vitanda. Est etiam oculorum cohibenda lascivia. Vestium quoquè fugiendus est ornatus elegantior & exquisitus.*

*Turpis obscenique sermonis cauenda procacitas. Delicatores ac molliores cantus, ac saltationes, itemque Libri obscenæ & amatoriæ scripti, pariterque Imagines, quæ aliquam turpitudinis speciem præferunt, vitanda.*

*Frequens confessionis & Eucharistie usus. Aſſidue ac pia quidem preces, cum eleemosynis atque ieunio coniunctæ. Vigilia item ac pia peregrinationes, atque alia afflictionum genera, quibus corpus est exercendū, sensuumq; appetitiones reprimenda.*

PRAE-

# PRAECEPTVM VII.

## DE FVRTIS ET ALIIS INIVSTI-

tia operibus, siue de iniusta possessione & vsu rerum aliarum.

TABVLA II5.

### NON FVRTVM FACIES.

Non id modò intelligi, cùm occultè ab inuito domino ali-  
quid auferatur:

Furtū, in  
quo illud  
animad-  
uertēdum  
est, furti  
nomine

Sed etiā cùm  
aliquid alienum  
contra voluntā-  
tem scientis Do-  
mini paſſidetur.  
varijs autem nc-  
minib⁹ iniusta  
posſeſſio nota-  
tur. Aut enim

Altera,  
aperte  
est an-  
nuncia-  
ta, &  
vetat

EST AU-  
TĒ HOC PRA-  
CEPTŪ QUĒ-  
ADMODUM  
SUPERIORA,  
diuſum in  
duas Par-  
tes: Quarū

Rapinam, quæ in hoc differt à furto, quod rapinas tantummodo illi face-  
re poſſint, qui potentia & viribus pŕeftant: furtum verò lētiū patet,  
& ad plura pertinet.

Sed prater ipsum furtum, id est, externam actionem furandi, etiā  
animus & voluntas Dei lege prohibetur. Est enim spiritualis Lex, que  
animum, fontem cogitationum & consiliorum, inspicit. De corde enim,  
inquit Dominus, exēunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, for-  
nicationes, furtū, falsa testimonia &c.

Alterius sententia & vis, qua iubemur benigni & liberales esse in proximos, in  
priore occulta est & inuoluta, De qua in tercia post hanc dicetur tabula.

DE FVR-

Priuatum quid  
priuato admi-  
tur,  
Surripitur pu-  
blico,  
Homo liber vel  
seruus alienus  
in seruitute ab-  
ducitur,  
Res sacra eri-  
pitur,

Et ap-  
pella-  
tur  
Plagiatus.

Furtum.  
Peculatus.  
Sacrile-  
gium.

FVRTORVM  
tam multa ſunt ge-  
nera, ut ea diſume-  
rare ſit diſſicillim⁹:

Sunt igitur fures etiā, qui furto ſublatas res emunt, vel aliquo modo inuē-  
tas, occupatas, aut ademptas retinent.

Eodem ſe alligant ſcelere, qui in emendis vendendis querebus fraudes ad-  
hibent.

Grauiores & iniquiores in hoc furtorū genere ſunt ij, qui fallaces & cor-  
ruptas merces vendunt pro veris & integris: qui ve pondere, mensura, nu-  
mero ac regula decipiunt emptores.

Furtum etiā apertum eſt operariorum & artificum, qui totam & in-  
tegram mercedem exigunt ab alijs, quibus ipſi iuſtam ac debitam operam non  
dederunt.

Nec verò diſtinguuntur à furibus ſerui dominorum, rerumque cuſtodes  
infidi.

Furtum prætereà facere videntur, qui fictis simulatisque verbis, qui ve  
fallaci mendicitate pecuniam extorquent, furtum mendacio cumulant.

Illi quoquè in furum numero reponendi ſunt, qui cùm ad priuatum ali-  
quod, vel publicum officium conducti ſunt, nullam vel paruam operam na-  
uantes, munus negligunt, mercede tantum ac precio fruuntur. Reliquā fur-  
torum multitudinem, à ſolerti auaritia, quæ omnes pecuniae vias nouit, ex-  
coſitatam, perſequi longum eſt, & ut diximus, diſſicillimum.

### DE RAPINARVM VARIETATE.

TABVLA II7.

R A P I N A E  
autem latius patet.  
Nam

Qui debitam operarijs mercedem non perſoluunt, ſunt rapaces.

In hoc crimine rapacitatis includuntur etiā, qui vectigalia, tributa, deci-  
mas, & reliqua huīus generis non diſſoluunt, vel interuertunt, & ad ſe tran-  
ferunt.

Huc etiā referuntur feneratores in rapinis acerrimi & acerbissimi, qui  
miferam plebem compilant, ac trucidant viſuris.

Item rapinas faciunt nummarij iudices, qui venalia habent iudicia, &  
precio muneribusque deliniti, optimas tenuiorum & egentium cauſas euer-  
tunt.

Fraudatores creditorum & inficiatores, quique ſumpto temporis ſpatio  
ad ſoluendum, ſua vel aliena fide merces emunt, neque fidem liberant, da-  
mnabuntur eodem crimine rapinarum.

Qui etiā ab illis, qui ſoluendo non ſunt, quod commodārunt, exigunt  
acerbius, & pignora etiā ea auferunt contra Dei interdictum quæ ad eorum  
corpus tuendum ſunt neceſſaria, recte rapaces vocantur.

Ex raptorum deniq̄e numero ſunt, qui in frugum inopia comprimunt  
frumentum, faciuntque ut ſua culpa carior ac durior fit annonā: quod etiam  
valet in rebus omnibus, ad vitium & ad vitam neceſſarijs.

H DE SE-

**DE SECVNDA HVIVS PRAECEPTI PAR-**  
te, hoc est, Deijs quæ tacitè hac lege præcipiuntur.

TABVLA II8.

Primū Satisfactio  
vel restitutio. Pec-  
catum enim non re-  
mittitur, nisi resti-  
tuatur ablatū. Hac  
autem restitutionis  
lege tenetur non is  
solum, qui furtum  
fecit, sed oēs præ-  
tereā, qui furti par-  
ticipes fuerunt. Sūt  
autem plura eorum  
hominum genera:

Ac primum es ē eorum, qui furari imperant: qui non  
modo sunt ipsi furtorū socij & autores, sed etiā in  
illo furum genere deterrimi.

Alterum eorum, qui cūm iubere non possint, sua-  
sores sunt atque impulsores furtorum.

Tertium genus es ē eorum, qui cum furibus con-  
sentiant.

Quartum genus es ē eorum, qui participes furtorū,  
indē lucrum ipsi etiā faciunt.

Quintum genus es ē furum, qui cūm furtū possint  
prohibere, tantum abeſ ē ut illis occurrant & obſtāt,  
ut eorum licentiam permittant atque concedant.

Sextum genus es ē eorum, qui cūm & furtum fa-  
lege tenetur non is  
solum, qui furtum  
fecit, sed oēs præ-  
tereā, qui furti par-  
ticipes fuerunt. Sūt  
autem plura eorum  
hominum genera:

Postremum genus es ē, quod omnes complectitur  
furtorum adiutores, custodes, patronos, quīq; illis re-  
ceptaculum præbent ac domicilium: qui omnes & fa-  
cili facere debent ijs, quibus aliquid decretum es ē, &  
ad illud necessarium officium vehementer cohortan-  
disunt.

Ne huīs quidem sceleris omnīnō sūt expertes,  
approbatore furtorum & laudatores.

Nec verò etiā ab eadem culpa sūt alieni filij fa-  
miliās & vxores, qui pecunias à Patrib & viris sub-  
ripiunt.

Alterum Eleemosyna. nam huic præcepto etiā illa subiecta sententia es ē,  
ut pauperum & inopum misereamur, eorumque difficultates & angustias  
noſtriſ facultatibus & officijs subleuemus. Quod argumentum, quia l'epiſſi-  
mē & copiosissimē tractandum es ē, petendum es ē ex virorum ſanctissimo-  
rum, Cypriani, Ioannis Chrysostomi, Gregorij Nazareni, & aliorum li-  
bris, qui de eleemosyna præclarè ſcripferunt.

Es ē etiā Christiana pietatis, niſi sit aliundē facultas benē merendi de  
ijs, quibus ad viētum aliena misericordia opis es ē, vitandi etiā ocij cauſa,  
laborē, opera ac manib; ea querere, quibus inopum indigētām leuare pos-  
ſint: Hinc Apostolus Paulus: Qui furabatur, inquit, iam non firetur: ma-  
gis autem labore, operando manib; quod bonum es ē, ut habeat, vnde tri-  
buat neſtitatem patienti.

Conſulendum deniq; es ē frugalitati, parcendumque bonis alienis, nē  
cæteris graues aut moleſtiſimus. Quæ temperāria ſane quām eluet in omni-  
bus Apostolis, ſed maximē eminet in D. Paulo: cuius illud es ē ad Thessalonicens. Memores eftis, fratres, laboris noſtri & fatigationis: nocte & die  
operantes, nē quem veſtrūm grauaremus, prædicauimus in vobis Euangeliū  
Dei. I. Thess. 2.

DE EX-

H AE C DE  
vetitis, nūc ad iu-  
ſa veniamus: in q-  
bus locum habet

**DE EXCVSATIOMIBVS FVRTORVM.**

TABVLA II9.

Eccē nobilitum hominum non ferendæ deliciae, qui culpam extenuare ſibi  
videntur, ſi ſe affirmārunt, non cupiditate aut avaritia ad detrahendum  
alteri ſua descendere, ſed tuendæ & cauſa amplitudinis familie & maiorum  
ſuorum, quorum exiftimatio ac dignitas rueret, niſi rerum alienarum ac-  
ceſſione fulciretur.

Non defunt, qui non iam illam afferant cauſam ſplendoris & gloriae, ſed  
victus & vitæ commodiorem facultatem & elegantiam, qui refellendi do-  
cendiſque ſunt, quām impia ſit eorum & actio & oratio, qui viliam commo-  
ditatem anteferant Dei voluntati & gloriae: et ſi quæ potes ē eſſe in furto  
commoditas, quod ſumma incommoda conſequantur?

Quid, quōd audire licet interdūm fures, qui nibil ſe eō peccare con-  
tentant, quōd detrahant aliquid locupletibus & copioſis hominibus, qui ea de-  
tractione nibil danni faciant, ac ne ſentiant quidem? miſera ſane & peſi-  
fera defenſio.

Putat aliis ſatisfactionem ſuam accipi debere, quōd eam furandi con-  
ſuetudinem cepit, ut non facile poſſit ab illa mente & actione deſtire. Qui  
Sanctus Ioan. Baptista exorsus es ad pœnitentiam cohortari, dum  
Pœnitentiam, inquit, agite: appropinquabit enim regnum cœlorum.  
Matt.3.

Fecit  
prædi-  
catiois  
hoc idem  
postea re-  
gnū Sal-  
uator hu-  
mani ge-  
neris ipse  
sua ini-  
tium,

Et in illo salutari sermone, quo beatitudinis  
vias discipulis in mōte monstrauit: Beati, in-  
quit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est  
regnum cœlorum. Matt.5.

Atque etiā eum retinere cupientibus at-  
tulit illam causam necessariae profectionis: Et  
alijs civitatibus oportet me euangelizare re-  
gnum Dei. Luke 4.

Prædicare postea iusserit Apostolos: & illi qui se ire ad se-  
peliendum parrem suum velle dixerat, respondit: Tu va-  
de, & annuncia regnum Dei. Luc.9.

## REGNUM DEI QVID SIT.

TABVLA 144.

VOCABULU  
regni  
Dei, sacris  
in literis va-  
rias habet  
significati-  
ones. Nam

Primum communis quedam regni Dei significatio, quæ frequens est in diuinis lite-  
ris, est non solum eius potestatis, quam habet in omnem hominem, rerumque vniuer-  
sitatem, sed etiā prouidentiæ, qua cuncta regit & moderatur. In manu enim eius,  
inquit Propheta, sunt omnes fines terra. Psal.94.

Item Dei regno declaratur præcipua illa ac singularis prouidentiæ ratio, quæ De-  
us pios & sanctos homines tuetur & curat. De qua propria & eximia quadam Dei  
cura dictum est illud à Davide: Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Psal.22.

Ex Apostoli sententia, regnum Dei, iustitia est: inquit enim: Regnum Dei est iu-  
stitia, & Pax, & gaudium in spiritu sancto. Ad Rom.14. Id autem regnum iustitia  
dicitur, quia Christi Domini iustitia constitutum est. Ac de hoc regno sic loquitur  
apud S. Lucam Dominus: Regnum Dei intra vos est. Nam & si Iesus Christus per  
fidem regnat in omnibus, qui gremio ac sinu sanctis. Necesse est  
autem prius po-  
nere regnum  
gratiae. neq;  
enim fieri po-  
test, ut in illo  
regnet Dei  
gloria, nisi  
eius degratia  
in illo regna-  
rit. Est vero

Est vero etiā Dei gloria regnum illud, de quo  
Christum Dominum apud sanctum Mattheum lo-  
quentem audimus, Venite benedicti Patris mei: pos-  
sidete paratum vobis regnum à constitutione mundi,  
Matth.25.

QVID

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

## QVID HAC PETITIONE PRAECIPVE

contineatur.

TABVLA 145.

HIS IGI-  
tur expositis,  
quæ communè  
regni Dei sen-  
tentiam decla-  
rant, quid sibi  
hec petitio p-  
riè velit, dicē  
dum est. Peti-  
mus autem à  
Deo,

Vt regnum Christi, quod est Ecclesia, propagetur, vt se ad fidem Christi Domini,  
& ad accipiendam veri Dei cognitionem convertant infideles & Iudei, & schi-  
smatici ac hæretici redeant ad sanitatem, & ad Ecclesiæ Dei cœmunionem, à qua  
descierunt, revertantur, vt compleatur, & ad exitum perducatur, quod Isaïæ  
ore dixit Dominus: Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum  
extende &c. Ad dexteram enim & ad lœvam penetrabis, quia dominabitur tuus,  
qui fecit te. Isaï.54.

Verum quia sunt in Ecclesia, qui verbis confitentes Deum, factis negantes, de-  
formata am fidem praef'erant, in quibus propter peccatum dæmon habitat, ac  
dominatur tanquam in proprijs domicilijs: petimus etiā, vt ad eos veniat regnum  
Dei: quod illi, peccatorum discussa caligine, restituantur in filiorum Dei pristinam  
dignitatem.

Petimus denique, vt solus in nobis vivat, solus regnet Deus: ne sit posthac  
morti locus, sed vt illa absurbeatur in victoria Christi Domini nostri, qui dis-  
cito ac dissipato omni hostium principatu, potestate & virtute, suo omnia sub-  
iicit imperio.

## QVIBVS COGITATIONIBVS ET MEDI-

tationibus instructus, has pie Deo preces facere quis possit.

TABVLA 146.

Vt vim ac sententiam intueatur illius similitudinis, à Salvatore introductæ: Simile  
est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit,  
& prægaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Nam  
qui nouerit Christi Domini diuitias, is præ illis omnia cōtemnet: huic facultates, opes,  
potentia & descendit. Nihil enim est, quod illi summo precio comparari, immò vero  
quod in conspectu eius stare possit.

Proficiet autem ad impetrandum maximè, quod petimus, si, qui simus, ipsi nobiscum  
reputemus, id est, Adam progenies, iure è paradiso electi & exiles: quorum indignitas  
ac peruersitas summi Dei odium ac sempiternas pœnas postularer. Quarè demissum  
& abiecto animo simus oportet.

Nostra etiā erit plena Christiana humilitatis oratio, & omnino nobis ipsi diffi-  
dentes, illius more publicani configiemus in Dei misericordiam, totumque eius beni-  
gnitati tribuentes, ipsi gratias agemus immortales, qui nobis suum spiritum sit elargi-  
tus, quo freti, clamare audeamus, Abba Pater.

Suscipiemus etiā illam curam & cogitationem, quid agendum, quid contraria vitâ-  
dum sit, vt ad cœlestē regnum peruenire possimus, non enim à Deo ad ocium, & ad in-  
ertiam vocati sumus: Quinimodo, inquit, Regnum cœlorum vim patitur, & violenti  
rapiunt illud, Matth.11. Et: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, Matth.19.

Quarè vehementer ad extremum petamus à Dei spiritu, nos vt omnia iubeat è sua  
voluntate facere, satanæ vt tollat imperium, nullam vt in nobis summo illo die pote-  
statem habeat: vt vincat & triumphet Christus, vt rigeant eius leges toto orbe terrarum:  
vt decret a seruentur: nullus vt proditor aut desertor eius sit: sed tales se præbe-  
ant omnes, vt in Regis Dei conspectum non dubitanter veniant, & constitutam illis  
ex omni æternitate possessionem adeant regni cœlestis, ubi beati cum Christo sem-  
perno æuo fruancur.

PETI-

# PETITIO TERTIA, DE OBEDIENTIA ERGA DEI VOLVNTA, tem declaranda.

FIAT VOLVNTAS TVA.

CONTINVATIO.

Cum à Christo Domino dictum sit, Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum, Matth. 7. quicunque in illud cælestis regnum peruenire cupiunt, id à Deo petere debent, ut fiat voluntas eius. Quamobrem hæc petitio posita est statim post regni cælestis postulationem.

QVAE SIT HVIVS PETITIONIS VIS.

Traditur hoc loco remedium & regula salutaris, ad quam Christiani hominis vita dirigenda & conformanda sit. Hoc verò illud est, quod imploramus, cum ita precamur Deum, Fiat voluntas tua. Voluntatis autem nomine hoc loco comprehensa sunt vniuersa, quæ nobis ad cælestem beatitudinem comparandam proponuntur, siue illa ad fidem, siue ad mores pertineant. Omnia denique, quæcunque nos Christus Dominus per se, vel per ecclesiam suam facere aut imperarit, aut prohibuerit: De qua voluntate ita scribit Apostolus: Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei. Ad Ephes. 5. i. Pet. 2.

QVAS HABEAT PARTES, ET QVID  
hac Petitione contineatur.

TABVLA 147.

PETIMVS AVTEM

IN PRIMIS,

*Vt Pater cælestis facultatē concedat obtemperandi diuinis iussis, & inferuendi ei in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris: vt ad nutum & voluntatem eius omnia faciamus, vt ea colamus officia, de quibus in sacris literis admonemur: vt ipso duce & authore reliqua omnia præstemus, quæ eos decent, qui non ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt, exemplum Christi Domini secuti, qui factus es obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: vt parati simus omnia perpeti potius, quam vel minimum ab eius voluntate discedere.*

II.

*Secundo loco, cum illud precamur, Fiat voluntas tua: derestamur opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria &c. Ad Galat. 5. Petimusque nè sinat Deus ea nos perficere, quæ sensus, quæ cupiditas, quæ imbecillitas nostra fuerit, sed ut nostram voluntatem sua voluntate modetur.*

Præ-

III.

*Precamur etiam, ut Dei voluntatis cognitionem totus orbis terrarum accipiat, quod diuinum mysterium, absconditum à seculis & generationibus, notum ac per uulgatum sit apud omnes.*

III.

*Formā præterea & præscriptionem huius obedientiae postulamus, ut videlicet ad eam regulam dirigatur, quam in cælo & seruant beati angeli, & colit reliquis cælestium animarum chorus, ut quemadmodum illi sponte & summa cum voluptate obediunt diuino numini, sic nos Dei voluntari, quomodo ipse maximè vult, libentissime pareamus.*

V.

*Gratiarum item actionem continet hæc Petilio Veneramus enim eius sanctissimam voluntatem, & maximo perfusi gaudio, summis laudibus & gratulationibus omnia eius opera celebramus, qui certò sciamus eum omnia bene fecisse. cum enim constet, esse omnipotentem Deum, necessario sequitur, ut omnia eius nutu facta esse intelligamus. Cum verò etiam ipsum, sicuti es, summum bonū esse affirmemus: nihil ex eius operibus non esse bonum, cum omnibus ipse suam impetraverit bonitatem, confitemur.*

EPILOGVS.

*Certò statuendum est, nihil horū, quæ nobis molesta occurruunt, sine Dei voluntate, quæ summa omnium ratio est, nobis accidere posse, ideoq; nō debere nos grauius cōmoueri, sed in uiucto animo ferre, semp̄ illud in ore habentes, Domini volūtas fiat: & illud beati Job, Sicut Domino placuit, ita factum est.*

PETITIO QVARTA,  
DE REBUS AD VITAE SVSTENTIA,  
tionem necessarijs.

PANEM NOSTRVM QVOTIDIA,  
num da nobis hodiè.

CONTINVATIO.

*Quarta Petilio, & reliquæ deinceps, quibus animæ & corporis subsidia propriæ ac nominatim postulamus, ad superiores petitiones referuntur. Habet enim hunc ordinem ac rationem precatio Dominica, ut postulationem rerum diuinarum, consequatur earū petitio, quæ ad corpus & ad hanc vitam tuendam pertinent. Nam ut ad Deum, tanquam ad ultimum finem, referuntur homines: sic humanæ vitæ bona, ad diuina eadem ratione diriguntur.*

QVID

## PARTITIONES CATE.

## QVID HAC PETITIONE POSTV-

letur. TABVLA 148.

*Corporalem, quo vocabulo non abundantem & exquisitam ciborum ac vestium copiam, sed necessariam ac simplicē intelligere debemus: vt panis nomine quod satis sit & vestium ad tegendum, & cibi ad vescendū, siue panis is sit, siue caro, siue pisces, siue quodcumq; aliud, intelligamus.*

*Verbum Dei cibus est animæ. sapientia enim inquit: Venite, comedite panem meum: & bibite vinum, quod misericordia vestra: Proverb. 6.*

*Ipse Christus Dominus, panis est & animæ cibus, qui in Sacramento Eucharistiae substantialiter continentur. Hoc inexplicabile pignus charitatis dedit nobis redditurus ad Patrem: de quo dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Ioh. 6.*

*Spiritualem, quo significatur omnia, quæcumq; in hac vita ad spirituū & animæ salutem & incolumentem requiruntur. Non est autem unus generis esca, quo spirituū & animæ vitam continet. Nam &*

*primū, huius, quā in terris agim⁹, vitæ subsidia, sanctorum Patrū ita sen-tientiū autho-ritate: sub hac præscri-pzione P. E-timus autem hoc loco, nos trū, & hoc iterū quo ad*

*Corporalem, non quia eum nobis opera nostra, sine Deo parare possumus, sed quia necessarius est, & à parente omnium Deo, qui oēs sua prouidentia alit animantes, nobis attributus.*

*Spiritualem, qui & ipse noster dicitur, quia fidelium modò hominum est, id est, eorum, qui charitatem cum fide coniungentes, pœnitentia sacramento sorores eluunt peccatorum, & diuinum sacramentum sumunt & colunt quam a maxima sanctitate ac venerazione.*

*Cum vocis subiecta est ea ratio frugalitatis ac parsimonie, quā proximè diximus: nō enim multiplicē aut delicatū ci-bum postulamus, sed eū qui naturæ necessitatē satisfaciat.*

*Esterī illa huius ratio nominis, & assidue petitus est, vt in hac cōsuetudine amandi & colendi Deum retineamur: no-bis q; omnino persuadeamus, id quod est, vitam ac salutem nostram ex Deo pendere.*

*Tā cor-pori-al, Quotidi-anū, quod & ipsum intelligē-dum est de Pane*

*Alterā, q; in sacris Christianæ Ecclesiæ mysterijs, quo-spiritu-tidē & offertur Deo, & datur piē sancte q; postulatibus. Alterā, quod quotidē sumendus est: vel certē itā duplex viuendum, vt quotidē, quoād eius fieri possit, dignē est ratio: sumere queamus.*

*Da: qua voce monemur, vt infinitam dei potentiam piē sancte q; colamus & ve-neremur, in cuius manu sunt omnia.*

*Nobis, num-ero multitudi-nis dicim⁹, & nō mihi, Tum*

*Quia proprium illud est Christianæ Charitatis, non vt quisquam de se vno sit sollicitus, sed vt præterea de proximo laboret, & in cura suæ utilitatis, meminerit etiam aliorum.*

*Quia que alicui munera diuinitus tribuuntur, non idcirco tribuuntur, vt solus is ea possideat, vel in illis luxuriose vivat, sed vt cum alijs communicet, quæ necessitatē superfuerint.*

*Hodie: quæ vox admonet nos communis infirmitatis. Et habet hæc sententia illam necessariam rationē, quia quotidiano pane egemus omnes, quotidie etiam Dominica preicatione singulis videntur esse.*

*Deinde verò non id solum perimus a Deo, nobis vt illo vri liceat, quod nostro sudore ac virtute peperimus eius adiumento benignitatis, id enim verè dicitur nostrū: sed etiam bonam mentem postulamus, vt rectē partis, rectē item ac prudentē vti possumus.*

QVÆSTIO

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

## QVÆSTIO.

*Sed quæ diuitibus h̄ic est imposta necessitas, dixerit quispiam, petendi quotidianum pa-nem, cū rebus omnibus abundent?*

## RESPONSIΟ.

*Hæc illis necessitas est orandi in hunc modum, non vt dentur eis, quorum Dei beni-gnitate habent copiam, sed nè quæ abundè illis adsunt, amittant.*

## ADMONITIO AD DIVITES.

*Quamobrem, vt scribit Apostolus, hinc discant diuites, non sublimè sapere, neque spe-rare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruen-dum. I. Tim. 6.*

## QVAE PETITIONIS HVIVS SIT

causa.

*Huius autem necessariæ Petitionis hanc causam affert Chrysostomus, non solum vt no-bis suppetat cibus, sed vt eum nobis suppeditet domini manus, quæ salubrem atque adeò salutarē vim inferens pani quotidiano, efficit vt & cibus corpori proficit, & corpus animæ seruat.*

## REGVLÀ COMMVNIS.

*Sed in hac precatione ad illud præcipue cohortādi sunt fideles, vt cū recte & consiliū & industria suā posuerint in comparandis rebus vitæ necessarijs, rei exitum Deo permittant, suumque desiderium ad eius referant voluntatem, qui non dabit in æternū fluctuationē iusto. Psal. 54. Nam vel concedet Deus, quæ petuntur, & ita suum optatum consequetur: vel non concedet, & id erit certissimum argumentum, nec salutare illud esse, nec vtile, quod p̄ijs à Deo negatur, cui magis curæ est de eorum salute, quā illis ipfis.*

ALIA REGVLÀ DIVITIBVS MAXIME  
necessaria.

*Extremum illud erit in huius tractatione Petitionis, vt meminerint diuites, facultates suas & copias Deo acceptum referre, cogitentque se idcirco illis bonis esse cumulatos, vt illa distribuant indigentibus.*

PETITIO QVINTA,  
PRO REMISSIONE PECCA-torum obtinenda.ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA;  
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

## CONTINVATIΟ.

*Ingredimur h̄ic nouam precandi rationem. Nam hactenū à Deo non solum æterna & spiritualia bona, sed caduca, & quæ ad hanc vitam pertinent, commoda petuumus: nūnc verò mala deprecamur & animæ & corporis, & huius, & sempiternæ vitæ.*

K QVÆ

## PARTITIONES CATE-

## QVAE HVIVS PETITIONIS SVMMA SIT.

Continet autem hæc Petatio summam quādam eorum honorū, quibus per Iesum Christum cumulatum est humanū genus. Id enim docuit Isaías: Dimitetur, iniquit, iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus, ut auferatur peccatum eius. Isai. 27. Quod Dauid etiā ostendit, beatos prædicans eos, qui salutarem illum fructum percipere potuerūt, his verbis: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, Psal. 31.

## QVOMODO AFFECTOS ESSE OPORTE.

at eos, qui ad hanc Petitionem sunt accessuri.

TABVLA 149.

Primum necesse est, ut is qui ad hoc petendum velit accedere, suum ipse peccatum agnoscat. Facile autem adducemur, ut peccatum nostrū agnoscamus, si ipsum audierimus Deum, in sacris literis huius rationis admonentem: est enim illud apud Dauidem: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non es ē qui faciat bonum, non es ē usque ad unum. Psal. 13. 52. In eandē sententiam loquitur Salomon: Non es ē homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Eccl. 7. Quò illud etiā pertinet: Quis potes ē dicere, Mundū est cor meum, Purus sum à peccato? Proverb. 20.

## II.

QVONIAM  
ad impetrādū quod  
postulamus, requiri-  
tur recta postula-  
dīatio:

Deindē, ut eius sensu ac dolore moueatur. Siquidē in necessaria recognitione peccatorū non est satis, illa leuiter recordari, nam ut acerbabis sit ea memoria, ut corpungat, animū stimulet, & dolorem inuriat necesse est, itā ut nō solum facinorū ac flagitorum suorū meminerint fideles, sed ut moleste dolenterq; meminerint, ut cum angantur intimis sensibus, conferant se ad Patrem Deum, à quo, ut inhærentes euellat scelerum aculeos, suppliciter perant.

## III.

Tum ut sibi omnino persuadeat, Deum in hac esse voluntate, ut ijs qui peccaverunt, itā ut diximus, affectis & comparatis, agnoscat: nè forte acerbam delictorum recordationem ac recognitionem illa venia desperatio consequatur, quæ olim Cain & Iudeā animum occupauit, qui Deum modo vindicem & uitorem, non etiā mitem & misericordem existimārunt. Genes. 4. Matth. 27. Nam omnino sub hac Petitione illa es ē subiecta sententia, sic esse in nos effectum Deum, ut vere pénitentibus libenter agnoscat. Quarè nemini dubium esse potest, quin illo authore, in nostra potestate sit, nobis Dei gratiam reconciliare.

QVID

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

## QVID IN HANC PETITIONEM

veniat. TABVLA 150.

iii

Dimitte: Hoc verbo ad ignoscendum propensam esse diuinam voluntatem constemur. Quæ testificatio fidem auget, spem alit, charitatem inflamat.

Nobis. Itā dicimus, non mihi, quòd fraterna necessitudo & charitas, quæ inter omnes homines intercedit, à nobis singulis postulat, ut de cōmuni proximorum salute solliciti, cùm pro nobis preces facint, pro illis etiā deprecemur.

Primum scire oportet, minime petere nos, nobis ut remittatur amor ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente nostra, quem omnino Deo debemus, & cuius debiti solutio ad salutem es ē necessaria.

QVID autē sibi  
hæc Petatio velit,  
ex ipsa formula,  
quam, ut cæteras,  
etiam ipse præscri-  
psit Salvator no-  
ster, cognoscere li-  
cet: ait enim, Et

Debita. Pro  
cuius voci de-  
claratione, tria  
hoc loco sunt  
expendenda:

Neque vero, quia debiti nomine etiā obedientia, cultus, veneratio, & cætera huius generis officia continentur, postulamus, ut non amplius ea debeamus: sed precamur, ut liberet à peccatis. Sic enim sanctus Lucas es ē interpretatus, qui peccata pro debitis posuit, Luc. II, ob eam causam, quod illis committendis rei efficiuntur Deo, & debitis pénis propositi, quas vel satisfaciendo, vel patiendo pendimus.

Non solum autem nos debitores esse, sed etiā non esse soluēdō licet intelligere, cùm peccator per se satisfacere nullo modo possit. Quarè confugiendum nobis es ē ad Dei misericordiam: cui quia par iustitia respondet, cuius es ē retinientissimus Deus, utendum erit deprecatione, & patrocinio Passionis Domini nostri Iesu Christi: sine qua nemo vñquam veniam delictorū impetravit, à qua omnis & sa-  
tifaciendi vis & ratio, tanquam ex fonte profluxit.

Nostra: quod longè aliter, atquè Panem nostrum, dicimus. Noster enim ille es ē panis, quia nobis Dei munere tribuitur. At peccata nostra sunt, quia illorum cupare residet in nobis: nam nostra voluntate suscipiuntur, quæ peccati vim non haberent, nisi essent voluntaria.

K 2 QVÆ

## PARTITIONES CATE-

## QVAE IN HAC PETITIONE VLTERIVS

sint obseruanda.

TABVLA I.I.

*Illud, sicut  
ut, dupli-  
citer in-  
telligi pos-  
sit. Nā &*

*Similitudinis vim habet, cùm videlicet à Deo petimus, ut quemadmodum nos iniurias & contumelias remittimus ijs, à quibus læsi sumus, sic ipse nobis peccata condonet.*

*EST præterea conditionis nota, in quam sententiam Christus Dominus eam formulam interpretatur. Si enim dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorum, dimitte & vobis Pater vester cælestis delicta vestra: Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimitte vobis peccata vestra. Matth. 6.*

*Verum habet vterq; sensus eandem ignoscendi necessitatem: ut si voluimus Deum nobis veniam concedere delictorum, parcamus illis ipsis necessitate, à quibus iniuriam accepimus.*

*C O N-  
siderandū  
autem est  
quod*

*Error exitiosus sit eorum, qui cùm nondum animum inducere possint, vt oblitio iniurias, amēt inimicos, inani & prauo commouentur timore, nè sibi Deum reddant offenditum hac precatiōe, atq; propterea preicatione Dominica nō vtūtur: quorum error duabus his ratiōibus illis eripiendus est:*

*Nam quiuis vnius è fideliū numero precessas facit totius Ecclesiæ nomine, in qua piōs esse aliquot necessare est, qui debitorib; ea, quæ hic commemorantur, debita remiserūt.*

*Accedit eò, quod id à Deo petentes, vna etiā petimus, quidquid ad illud impetrandum in eam petitionē à nobis necessariò cōferrendum est. Atq; sic etiā perimus, quō nobis Deus eam det mentem, vt ijs, qui læserint, ignoscamus, & inimicos diligamus.*

*Precatio vt  
omnino fructu-  
osa sit, hæc in  
easit cura mo-  
ditatio que ad  
hibenda:*

*Primum nos Deo supplices esse, & ab eo veniam petere, quæ non datur nisi pœnitenti: itaque nos ea Charitate & pietate prædictos esse oportere, que pœnitentibus conueniat: conuenire autem maximè ijs, subiecta quasi oculis, ppria flagitia atq; facinora lachrymis expiare.*

*Cum hac cogitatione coniungenda esca cautio in posterum earum rerum, in quibus fuit aliqua occasio peccandi, quæq; nobis ansam dare possint ad offenditum Parentem Deum. In his curis versabatur David, cùm diceret: Et peccatum meū contra me est semper. Psal. 50. Et alio loco: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Psal. 6.*

*Proponat sibi præterea: vnuisque ardentissimum orandi studium eorum, qui à Deo precibus impetrarunt veniam delictorū, vt publicani illius stantis à longe, Luc. 18. Peccatrixis mulieris, Lu. 7. & Petriflentis amare, Matth. 26.*

## REGVLA

*In hac Petitione sic affecti simus oportet, vt dolenter peccata nostra recognoscentes, ad Deum tanquam ad parentem, non quasi ad iudicē configiamus: à quo, non vt ex iustitia nobiscum agat, sed ex misericordia, postulemus.*

## ALIA REGVLA.

*Quicunque cupit in se esse maximè misericordem Deum, is ipsi Deo suas donet inimici-  
tias, remittatque omnem offenditum, & pro hostibus libentissime deprecetur, omnem  
captans occasionem de illis ipsis benè promerendi. Nihil enim iniustius est, aut fingi po-  
test, quam is, qui cùm hominibus durus sit, vt nemini se det ad lenitatem, idem postulet,  
vt in se sit mitis & benignus Deus.*

PETI-

## CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI.

iiii

## PETITIO SEXTA, DE

## SVPERANDIS MALIS TENTATIONIBUS.

## ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM.

## CONTINVATIO.

*At verò, quoniam qui se Deo dicauerunt, in terris cælestem vitam agentes, ij maximè omnium satanæ incurribus petuntur, hos acerbissimè odit, his in singula temporis momenta struit infidias: necessariò fideles confirmandi sunt, si qui animi imbecillitate, aut rei ignorantie, dæmonum vim perhorrescant, vt ipsi tentationum fluctibus agitati, in hunc precationis portum confugiant.*

## DE CHRISTIANI HOMINIS MILITIA.

*Difficilima sunt prælia ac pericula, in quibus assidue versamur, dū anima est in hoc mortali corpore, quos vndique caro, mundus & satanas oppugnat. Quid ira, quid cupiditas in nobis possit, quotusquisque est, qui magno suo malo non experiri cogatur? Quis non his lacessitur stimulis? quis non hos sentit aculeos? quis subiectis non vritur ardentibus facibus? & quidem tam varij sunt ictus, tam diuersæ impetiones, vt difficilimū sit graue aliquam plagam non accipere.*

QVOS HOMO CHRISTIANVS PRÆ-  
TEREA habeat hostes.

*Ac præter hos inimicos, qui habitant & viuunt nobiscum, sunt præterea illi hostes acer-  
rimi, de quibus scriptum est: Non est nobis collectatio aduersus carnem & sanguinem, sed  
aduersus Principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harum, contra spi-  
ritualia nequitiae in cæstibus, Ad Ephes. 6.*

QVAE SINTILLA SPIRITALIA  
nequitiae.

*Spiritualia autem nequitiae, sicut & principes & potestates, apostolus ipsos nūcupat dæ-  
mones: est enim & carnis & spiritu nequitia: Carnalis quæ dicitur nequitia, incendit ap-  
petitum ad libidines & voluptates, quæ percipiuntur sensibus. Spiritualia nequitiae, sunt  
mala studia & prauæ cupiditates, quæ ad superiorem pertinent animæ partem: quæ tanto  
peiores sunt quam reliquæ, quanto mens ipsa & ratio altior est atque præstantior.*

K 3

DE DVO.

## DE DVOBVS TENTATIONVM GENERI-

bus. TABVLA 152.

Vno modo, tentare est periculum facere de eo, qui tentetur, ut ab ipso quod cupimus, elicientes, verum exprimamus. Qui tentandi modus in Deum minimè cedit. Quid enim est quod nesciat Deus? Omnia enim, inquit, nuda & aperta sunt oculis eius. Ad Heb. 4.

Deut. 13. Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. Quomodo etiam tentare dicitur suos Deus, cum inopia, morbo, & alijs calamitatum generibus premat: quod probanda eorum patientiae causa facit, & ut alijs documentum sint Christiani officij.

In hanc partem legimus Abraham esse tentatum, ut filium immolaret, quo facto fuit is obedientia & patientiae exemplum singulare ad memoriam hominum sempiternam. Gens. 22.

Bonā, cum ea re tentatur alius virtus, ut illa perspecta & cognita, is cōmodis & honoribus augeatur, eiusq; exēplum ceteris imitandum proponatur, ac denique omnes ob id ipsum ad Dei laudes extinentur, quae tentandi ratio sola conuenit in Deum. Huius exemplum tentatiōis est illud

Intimos nobis admouens stimulos, animae affectiones & commotiones adhibet administras.

Nos exagitans extrinsecus, externis rebus vititur, vel prosperis ad efferendos, vel ad frangendos aduersis.

Non unquam habet emissarios & excusores perditos homines, in primisq; hereticos, qui sedentes in cathedra pestilentiae, malarum doctrinarū mortifera semina dispergunt, ut illos qui nullum delectū aut discrimē habent virtutis & vitiorū, homines per se proclives ad malū, nutantes ac præcipitantes impellant.

Mala, cum homines ad peccatum aut exitiu impelluntur, quod propriū Diaboli officium est: is enim eo animo tentat homines, ut decipiatur, agatq; præcipites. Quamobrem Tentator in diuinis literis appellatur. In ijs vero temptationibus modo

## QVIBVS MODIS DICAMVR INDVCI

in temptationem. TABVLA 153.

mur autē induci in temptationē, cum temptationibus succumbimus. Inducimur vero in temptationem duplicitē:

Primū, cum de statu dimoti, in id ruimus malum, in quod tentando nos aliquis impulerit. At nemo quidem à Deo hoc modo in temptationem inducitur. Quia nemini est peccati author Deus, immo vero odit omnes qui operantur iniquitatem. Psal. 5.

Deinde dicitur nos in temptationem inducere is, qui et si non tentat ipse, neque operam dat, quō tentemur, tentare tamen dicitur, quia cum possit prohibere, nē id accidat, aut nē temptationibus superemur, non impedit. Hoc modo Deus bonos & pios tentari quidem sinit, verum tamen sua gratia sustentatos non deserit.

Prætereā nos in temptationem Deus inducere dicitur, cum eius beneficijs, que nobis ad salutem dedit, abutimur ad perniciem, & patris substantiam, ut prodigus ille filius, dissipatus, vivendo luxuriose, nostris cupiditatibus obsequentes. Luc. 15. Quā obrem id dicere possumus, quod de lege dixit Apostolus: Inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Ad Rom. 5.

QVID

## QVID HAC POSTVLATIONE PETAMVS.

TABVLA 154.

Ne omnino tentemur. Es enim hominum vita tentatio super terrā. Es autem ea res utilis & fructuosa hominum generi, nam in temptationibus nos ipsos, id est, vires nostras cognoscimus. Quamobrem etiam humiliamur sub potenti manu Dei, viriliterque decertantes, expectamus immarcescibilem coronam gloriae.

Non enim id petit,

QVID VE-  
RÒ in hac precatio-  
nis parte postule-  
mus, videndum est:

Sed petimus, nē diuino presidio deserti, temptationib; vel decepti assentiamur, vel cedamus afflidi: ut praestō sit nobis Dei gratia, quae, cum defecerint nos propriæ vires, in malis recreet ac reficiat. Quare

Et generatim Dei opere implorare debemus in omnibus temptationib; Et nominatim, cum singulis affligimur, ad preicationem configere oportet.

Ergo postulamus nē morem geramus cupiditatibus, nē ve defatigemur in temptationibus sustinendis, nē declinemus de via Domini, ut tam in rebus incommodis, quam in prosperis, & quietem animi, constantiamque seruemus, & nullam nostrā partem Deus sua tutela vacuam relinquat.

Perimus denique, ut satanam conterat sub pedibus nostris.

## QVAE IN HAC PETITIONE MAXIME cogitare &amp; meditari oporteat. TABVLA 155.

IN HAC  
precatioē erit  
illa optima ra-  
tio,

Si, quantā sit hominum infirmitas, intelligentes, viribus nostris diffidamus, & omni spe nostræ incolumentis in Dei benignitate collocata, eo freti patrocino, vel in maximis periculis magnum animum habuerimus, praesertim cogitantes, quā multos hac spe atque hoc animo præditos ex hiantibus satanæ fauibus liberabit Deus.

Cogitent etiam fideles, quem in hostium temptationibus ducem habeant, nempe Christū Domīnum, qui victoriam ex illo certamine retulit. Vincitur autem Satanás

Non Ocio,  
Somno,  
Vino,  
Comessatione,  
Libidine:

Sed Oratione,  
Labore,  
Vigilia,  
Abstinentia,  
Continentia,  
Castitate.

Ait Vigilate &  
Orate,  
Nē intretis in  
temptationem.  
Matth. 26.

K PETI-

# PETITIO SEPTIMA,

## DE MALORVM DEPRECATIONE.

SED LIBERA NOS A MALO.

### CONTINVATIO:

POSTREM A hæc petitio est instar omnium, qua Dei filius diuinam hanc orationem conclusit: cuius etiā vim & pondus ostendens. ea vsus est orandi clausula, cùm ē vita migraturus, Deum patrem pro hominum salute deprecaretur. Rogo enim, inquit, vt serues eos à malo. Ioan. 17.

### ARGVMENTVM.

ERGÒ hac precationis formula, quam & præcepto tradidit, & exemplo cōfirmauit Christus, quasi quadam epitome summatim complexus est vim & rationem ceterarum petitionum. Cùm enim id, quod ea prece continetur, impetraverimus, nihil, authore sancto Cypriano, remanet, quod vlt̄ adhuc debeat postulari, cùm sc̄m protectionem Dei aduersus malum petamus: qua impretrata, contra omnia, quæ diabolus & mundus operantur, securi stamus & tui.

### DE DVPLICI HVIVS PETITIONIS

discrimine. TABVLA 156.

Primū hæc & proxima petitio, { Illa vitationem culpe, }  
Hac pœnæ liberationem. { Postulamus. }

SED  
differe-  
runt

Deinde infe-  
delium &  
Christiano-  
rum hominū  
preces: perū  
enim

Vehementē illi etiā à Deo, vt possint ex morbis vulneribusque conualescere, sibi vt ex vrgentibus vel imminentibus malis euadere liceat: sed tamen illius præcipuam spem liberationis ponunt in remedij, natura, vel hominum industria comparatis: qui etiā sibi datum, etiam si cantionibus, si beneficijs, si dæmonum opera confictum sit, sine vlla religione adhibent, modò aliqua valetudinis spes ostendatur.

Longè alia eſc ratio Christianorum, qui in morbis & in omnibus aduersis rebus habent summum perfugium & præsidium salutis Deum: unum illū omnis authorem boni & liberatorem suum agnoscunt ac venerantur. Remedij vero quæ in eſc ad sanandum vis, inſitam à Deo esse pro certo habente: tantumque illa ægrotis prodeſſe existimant, quantum ipſe voluerit Deus. Eſc enim à Deo data hominum generi medicina, quæ morbos sanaret.

QVÆ

atque ratio: TABVLA 157.

Non omnino petere nos hoc loco, vt à malis omnibus liberaemur. Sunt enim quædam, quæ communiter malaputantur, quæ tamen sunt illis fructuosa, qui patiuntur, vt ille stimulus, qui Apostolo erat adhibitus, vi Dei gratia adiuuante, virtus in infirmitate perficeretur. Cor. 12. Hæc, si cognita sit eorum vis, summa voluptate pios afficiunt: cansum abeſc vt à Deo petant, vt auferantur.

SEQVL  
tur huus  
vis & ratio  
Petitionis,  
vt fideles  
intelligant,

Sed omni-  
no huic  
voci eam  
subiectam  
effe vim,

Vt à peccato liberati, à tentationis etiā periculo, ab intimis externisq; malis eripiamur: Vt tuti simus ab aqua, ab igne, à fulgere: nè grando noceat frugibus, nè annonc caritate, / editionibus, bello laboremus.

Petimus à Deo, vt morbos, pestem, vafitatem arceat, vincula, carcerem, exilium, prodiciones, infidias, ceteraq; omnia prohibeat incommoda, quibus maxime terreri ac premis solet hominum vita: omnes denique flagitiorum & facinorum causas auertat.

Neque hæc solum, quæ omnium consensione mala sunt, deprecamur, sed illa etiā, quæ penè omnes bona confiduntur, diuitias, honores, valedicinem, robur, hanc ipsam vitam: petimus, inquam, nè ad malum, & ad animæ nostræ exitium. hec conuertantur.

Oramus etiā Deū, nè morte opprimamur repentina: nè in nos iram Dei cōcitemus: nè quæ impios manent supplicia, subeamus: nè igne purgatorij torqueamur: à quo vt alij liberentur, piè & sancte precamur. Hanc petitionem & in Missa, & in Litanij sic interpretatur Ecclesia, nos videlicet ea præterita, praesentia, futura mala deprecari.

### QVIBVS MODIS HOMINES A MALIS

liberari dicantur. TABVLA 158.

NON VNO  
autē modo Dei nos  
benignitas eripit à  
malis. Nam

Impendentes prohibet calamitates: quomodo legimus, magnum illum Iacob effe liberatum ab inimicis, quos in illum concitārat Sichimitarum cædes, Genes. 35.

Et quidem beati omnes, qui cum Christo Domino in cælis regnant, omnibus malis Dei ope liberati sunt. Nos autem, qui in hac peregrinatione versamur, ab omnibus incommodis solutos esse minime vult, sed eripit à quibus dā. & si sunt instar liberationis malorum omnium ea solatia, quæ dat interdum Deus ijs, qui rebus premuntur aduersis.

Præterea à malis homines liberat Deus, cùm illos in summum discrimen adductos, integrōs seruat & incolumes: quod & pueris illis in ardente formacem coniectis, & Danieli contigisse legimus, quem leones nihil læserunt, quemadmodum neque pueros flamma violauit. Daniel. 3. & 6.

DÆMON

PARTITIONES CATE-  
DAEMON CVR DICATVR MALVS.  
TABVLA 159.

MALVS VE-  
rò etiàm ex sententia  
sanctorū Basilij Mag-  
gni, Chrysostomi, &  
Augustini præcipue  
dicitur dæmon, quod

Hominum culpe, id est, sceleris & peccati author fuit: quo etiàm mini-  
stro vtitur Deus in repetēdis pénis à sceleratis & facinorosis: dat enim De-  
us omne malum hominibus, quod illi peccati causa patiuntur.

Etsi nihil eum læserimus, tamen perpetuum bellum nobis infert, & ca-  
pitali nos insectetur odio. Quod si nobis & fide armatis, & innocētia rectis  
nocere non potest: tamen nullum finem facit tentandi nos externis malis,  
& quacunque potest ratione diuexandi. Quamobrem Deum precamur, vt  
nos à malo liberare velit.

CVR A MALO, ET NON A MALIS,  
petamus nos liberari.

DICIMVS autem, à malo, non à malis, ob id, quod mala, quæ in nos à proximis proficiuntur, illi assignamus tāquām authori & impulsori. Quo minus etiàm proximis irasci debe-  
mus: quin odium & iracundiam in ipsum satanam conuertere oportet, à quo homines ad  
inferendam iniuriam impelluntur. Itaque si te aliqua re læserit, proximus, cùm preces facis  
parenti Deo, pete, vt nō modò te liberet à malo, id est, ab ijs, quas tibi proximus imponit,  
iniurijs: sed illum ipsum eripiat proximū ex diaboli manu, cuius impulsu homines in frau-  
dem inducuntur.

DE REMEDIIS, QVIBVS RES VIN-  
cuntur aduersæ. TABVLA 160.

Si in precibus & votis non liberamur à malis, debere nos, quæ premant, ferre  
patienter, intelligentes placere diuino numini, vt toleranter ea patiamur.  
Quare minimè nos indignari aut dolere par est, quod preces nostras non au-  
diat Deus, sed omnia ad eius nutum ac voluntatem referre oportet, existi-  
mantes id utile, id esse salutare, quod Deo placet vt ita sit, nō autem id quod  
secūs nobis videatur.

ILLVD DE-  
mique sciendū est,  
Dum in hoc vitæ curriculo versamur, fideles ad omne incommodorum  
& calamitatum genus non solum æquo, sed etiàm gaudenti animo ferendum  
paratos esse debere. Omnes enim, inquit Apostolus, qui piè volunt vivere in  
Christo Iesu, persecutiōem patientur, 2. Timoth. 3. Item, Per multas tribu-  
lationes oportet nos intrare in Regnum Dei. Act. 14. Rursus, Nónne hæc  
oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Luc. 24. Non enim  
æquum est, seruum maiorem esse Domino suo: sicut turpe est è sententia  
sancti Bernardi, membra esse delicata sub spinoso capite.

EPILOGVS ORATIONIS DO-  
MINICAE PER HANC VOCEM, AMEN.

CONTINVATIO.

vt anteā edocti fuimus de præparatione, quæ adhibēda sit prius, quād adgrediamur ad  
diuinam precationem: sic nunc id fideles admonendi sunt, vt clausulæ ac finis ipsius pre-  
cationis causam, rationemque cognoscant.

DE CLAV-

CHISMI CATHOLICI TRIDENTINI  
DE CLAVSVLAE HVIVS SIGNIFI-  
catione. TABVLA 161.

VERBVM AMEN, Septuaginta interpretes verterūt, Fiat.  
varie à multis est in Alij reddiderunt, Verè.  
terpretatum. Nam Aquila conuerit, Fideliter.

Et quidē adeò frequēs fuit hēc  
hebræa vox in ore Saluatoris,  
vt spiritui sancto placuerit, vt  
in Ecclesia Dei retineretur.

EST autem huic voci illa quodammodo subiecta sententia: Scito tuas auditas esse preces. Habet  
enim vim respondentis, & illum, qui precibus, quod velit, impetrārit, cum bona gratia dimittentis  
Dei. Cuius sententiæ testis est Apostolus in Epistola ad Corinthios: Quotquot enim, inquit, pro-  
missiones Dei sunt, in illo est, ideo & per ipsum AMEN Deo, ad gloriam nostram. 2. Cor. 1.

DE EIVSDEM CLAVSVLAE FRV-  
ctibus. TABVLA 162.

NON SOLUM autem cōsequi-  
mur postrema hac  
parte precationis,  
vt nostræ preces au-  
diantur, sed quædā  
etiàm maiora ac p̄-  
clariora, quād vt  
verbis explicari  
possint.

Nam cùm orando homines cum Deo colloquuntur, vt sanctus Cyprianus ait,  
sit quodam inexplicabili modo oranti diuina Majestas propior, quād cāte-  
ris: quem præterea singularibus ornat muneribus: vt qui piè Deum orant,  
quodam modo cum ijs, qui ad ignem accedunt, comparari possint: qui si algēt,  
caleſcent: si calent, extuant: Sic illi aſſistentes ad Deum, pro modo pietatis  
ac fidei ardentes euadunt: Inflammatur enim eorum animus ad Dei glo-  
riam, mens illustratur admirabilem in modum, omnino cumulantur diuinis  
muneribus. EST enim illud proditum sanctis literis: Præuenisti eum in bene-  
dictionibus dulcedinis. Pſal. 20.

Omnino qui vehementi illo studio preces faciunt, Dei benignitate ac maie-  
state admirabilitè perfrauntur. Manè adstabο, inquit Propheta, & videbo,  
quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Hæc quo magis noscunt homi-  
nes, eo Deum vehementiori cultu ac pietate venerantur: eo etiàm sentiunt iu-  
cundius, quād suavis sit Dominus, & quād verè beati sint omnes, qui sperāt  
in eo: tum verò clarissima illa luce circumfusi, quanta sit eorum humilitas,  
quanta sit Dei maiestas, considerant.

QVO AFFECTV PRECATIO DOMINICA  
concludenda sit.

QVARE qui se confert ad sacras preces, fide speque munitus, Parentem adeat Deum, vt  
se id consequi posse, quod ei opus sit, nullo modo diffidat.

Fiat fiat.

FINIS.



